



3 1761 02049403 5



PA  
6649  
A2  
1920  
V. 3



*This book belongs to*

**THE LIBRARY**

*of*

**VICTORIA UNIVERSITY**

Toronto 5, Canada





# THE LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB, LL.D.

EDITED BY

† T. E. PAGE, C.H., LITT.D.

† E. CAPPS, PH.D., LL.D.

† W. H. D. ROUSE, LITT.D.

L. A. POST, L.H.D. E. H. WARMINGTON, M.A., F.R.HIST.SOC.

## QUINTILIAN

III



THE INSTITUTIO ORATORIA OF  
QUINTILIAN

WITH AN ENGLISH TRANSLATION BY  
H. E. BUTLER, M.A.,  
PROFESSOR OF LATIN IN LONDON UNIVERSITY

IN FOUR VOLUMES

III

1921 - 1 - 30



CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS  
HARVARD UNIVERSITY PRESS  
LONDON  
WILLIAM HEINEMANN LTD  
MCMLIX

A  
649  
2  
20  
3

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
PHYSICS DEPARTMENT  
CHICAGO, ILLINOIS 60637  
U.S.A.

First printed 1921  
Reprinted 1943, 1953, 1959

105634  
OCT 1 1966



PHYSICS DEPARTMENT  
UNIVERSITY OF CHICAGO  
5712 S. DICKINSON DRIVE  
CHICAGO, ILLINOIS 60637

Printed in Great Britain



## TABLE OF CONTENTS

	PAGE
BOOK VII . . . . .	3
Preface.—Ch. 1: Arrangement.—Ch. 2: Conjecture.—Ch. 3: Definition.—Ch. 4: Quality.—Ch. 5: Points of law.—Ch. 6: The letter of the law and intention.—Ch. 7: Contradictory laws.—Ch. 8: Syllogism.—Ch. 9: Ambiguity.—Ch. 10: Relation of various <i>status</i> or bases. Each case must be considered on its merits. Rules not possible for every case.	
BOOK VIII . . . . .	177
Preface.—Ch. 1: Style.—Ch. 2: Propriety of words.—Ch. 3: Stylistic ornament; merits and faults.—Ch. 4: Amplification and diminution.—Ch. 5: General reflexions and their value in oratory.—Ch. 6: Tropes.	
BOOK IX . . . . .	349
Ch. 1: Figures of thought and of speech.—Ch. 2: Figures of thought considered in detail.—Ch. 3: Figures of speech considered in detail.—Ch. 4: Artistic structure and rhythm; metrical feet and their appropriate employment.	

# TABLE OF CONTENTS

1. Introduction ..... 1

2. The Nature of the Problem ..... 2

3. The Method of Solution ..... 3

4. Results and Discussion ..... 4

5. Conclusions ..... 5

6. Appendix ..... 6

7. References ..... 7

8. Index ..... 8

## INTRODUCTORY NOTE

A CONSIDERABLE portion of the three books contained in this volume is of a highly technical character and of interest only to professed students of the technique of the ancient schools of rhetoric and the minuter points of Latin prose style. Even these portions contain not a little that is of general interest, but those which are likely to be most attractive to the general reader are VII. i and vi, the whole of VIII., and IX. i, 1-21, and iv, 1-57. Wherever discussion of *bases* occurs, the reader is referred back to III. vi, as the subject is too complicated to be dealt with in notes. Similarly for the Syllogism, Enthymeme or Epichaereme reference will be necessary to the passages indicated in the footnotes.

H. E. B.

**SIGLA**

**A = Codex Ambrosianus, 11th century.**

**B = Agreement of Codices Bernensis, Bambergensis and Nostradamensis, 10th century.**

**G = Codex Bambergensis where gaps in B have been supplied by an 11th-century hand.**

# QUINTILIAN

## BOOK VII

# M. FABII QUINTILIANI INSTITUTIONIS ORATORIAE

## LIBER VII

### PROOEMIUM

DE inventione, ut arbitror, satis dictum est. Neque enim ea demum, quae ad docendum pertinent, exsecuti sumus, verum etiam motus animorum tractavimus. Sed ut opera exstruentibus satis non est saxa atque materiam et cetera aedificanti utilia congerere, nisi disponendis eis collocandisque artificium manus adhibeatur, sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia cumulum tantum habeat atque congestum, nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas atque inter se commissas de-  
2 vinxerit. Nec immerito secunda quinque partium posita est, cum sine ea prior nihil valeat. Neque enim quanquam fusis omnibus membris statua sit, nisi collocetur, et si quam in corporibus nostris aliorumve animalium partem permutes et transferas,

---

<sup>1</sup> *cp.* vi. iv. 1. Invention, arrangement, style, memory, delivery.

# THE INSTITUTIO ORATORIA OF QUINTILIAN

## BOOK VII

### PREFACE

I THINK that enough has been said on the subject of invention. For I have dealt not merely with the methods by which we may instruct the judge, but also with the means of appealing to his emotions. But just as it is not sufficient for those who are erecting a building merely to collect stone and timber and other building materials, but skilled masons are required to arrange and place them, so in speaking, however abundant the matter may be, it will merely form a confused heap unless arrangement be employed to reduce it to order and to give it connexion and firmness of structure. Nor is it without good reason that arrangement is treated as the second of the five departments of oratory,<sup>1</sup> since without it the first is useless. For the fact that all the limbs of a statue have been cast does not make it a statue : they must be put together ; and if you were to interchange some one portion of our bodies or of those of other animals with another, although the body would be in possession of all the same members

## QUINTILIAN

- licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leviter loco moti perdunt quo viguerunt usum, et turbati exercitus sibi ipsi sunt
- 3 impedimento. Nec mihi videntur errare qui ipsam rerum naturam stare ordine putant, quo confuso peritura sint omnia. Sic oratio carens hac virtute tumultuetur necesse est et sine rectore fluitet nec cohaereat sibi, multa repetat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans, nec initio nec fine proposito casum potius quam consilium sequatur.
- 4 Quapropter totus hic liber serviat dispositioni,<sup>1</sup> quae quidem, si certa aliqua via tradi in omnes materias ullo modo posset, non tam paucis contigisset. Sed cum infinitae litium formae fuerint futuraeque sint et tot saeculis nulla reperta sit causa, quae esset tota alteri similis, sapiat oportet actor et vigilet et inveniatur et iudicet et consilium a se ipso petat. Neque infitias eo quaedam esse quae demonstrari possint, eaque non omittam.

I. Sit igitur, ut supra significavi, divisio rerum plurium in singulas, partitio singularum in partes discretio, ordo recta quaedam collocatio prioribus

---

<sup>1</sup> dispositioni, *early editors*: divisioni, *MSS.*

<sup>1</sup> v. x. 63.



as before, you would none the less have produced a monster. Again even a slight dislocation will deprive a limb of its previous use and vigour, and disorder in the ranks will impede the movements of an army. Nor can I regard as an error 3 the assertion that order is essential to the existence of nature itself, for without order everything would go to wrack and ruin. Similarly if oratory lack this virtue, it cannot fail to be confused, but will be like a ship drifting without a helmsman, will lack cohesion, will fall into countless repetitions and omissions, and, like a traveller who has lost his way in unfamiliar country, will be guided solely by chance without fixed purpose or the least idea either of starting-point or goal.

The whole of this book, therefore, will be devoted 4 to arrangement, an art the acquisition of which would never have been such a rarity, had it been possible to lay down general rules which would suit all subjects. But since cases in the courts have always presented an infinite variety, and will continue to do so, and since through all the centuries there has never been found one single case which was exactly like any other, the pleader must rely upon his sagacity, keep his eyes open, exercise his powers of invention and judgment and look to himself for advice. On the other hand, I do not deny that there are some points which are capable of demonstration and which accordingly I shall be careful not to pass by.

I. *Division*, as I have already stated,<sup>1</sup> means the division of a group of things into its component parts, *partition* is the separation of an individual whole into its elements, *order* the correct disposition

## QUINTILIAN

sequentia adnectens, dispositio utilis rerum ac  
2 partium in locos distributio. Sed meminimus  
ipsam dispositionem plerumque utilitate mutari nec  
eandem semper primam quaestionem ex utraque  
parte tractandam. Cuius rei, ut cetera exempla  
praeteream, Demosthenes quoque atque Aeschines  
possunt esse documento in iudicio Ctesiphontis  
diversum secuti ordinem, cum accusator a iure, quo  
videbatur potentior, coeperit, patronus omnia paene  
ante ius posuerit, quibus iudicem quaestioni legum  
3 praepararet. Aliud enim alii docere prius expedit,  
alioqui semper petitoris arbitrio diceretur; denique  
in accusatione mutua, cum se uterque defendat,  
priusquam adversarium arguat, omnium rerum ne-  
cesse est ordinem esse diversum. Igitur, quid ipse  
sim secutus, quod partim praeceptis partim usur-  
patum ratione cognoveram, promam nec unquam  
dissimulavi.

4 Erat mihi curae in controversiis forensibus nosse  
omnia, quae in causa versarentur. Nam in schola  
certa sunt et pauca et ante declamationem expo-  
nuntur, quae themata Graeci vocant, Cicero pro-

---

<sup>1</sup> *cp.* III. x. 4.

<sup>2</sup> *cp.* VI. iv. 8; IV. ii. 28.

<sup>3</sup> *Top.*, 21.

of things in such a way that what follows coheres with what precedes, while *arrangement* is the distribution of things and parts to the places which it is expedient that they should occupy. But we must remember that *arrangement* is generally dependent on expediency, and that the same question will not always be discussed first by both parties. An example of what I mean, to quote no others, is provided by Demosthenes and Aeschines, who adopt a different order in the trial of Ctesiphon, since the accuser begins by dealing with the legal question involved, in which he thought he had the advantage, whereas the advocate for the defence treats practically every other topic before coming to the question of law, with a view to preparing the judges for a consideration of the legal aspect of the case. For it will often be expedient for the parties to place different points first; otherwise the pleading would always be determined by the good pleasure of the prosecution. Finally, in a case of mutual accusation,<sup>1</sup> where both parties have to defend themselves before accusing their antagonist, the order of everything must necessarily be different. I shall therefore set forth the method adopted by myself, about which I have never made any mystery: it is the result in part of instruction received from others, in part of my own reasoning.

When engaged in forensic disputes I made it a point to make myself familiar with every circumstance connected with the case.<sup>2</sup> (In the schools, of course, the facts of the case are definite and limited in number and are moreover set out before we begin to declaim: the Greeks call them *themes*, which Cicero<sup>3</sup> translates by *propositions*.) When I

## QUINTILIAN

posita. Cum haec in conspectu quodammodo collocaveram, non minus pro adversa parte quam pro  
 5 mea cogitabam. Et primum (quod non difficile dictu est sed tamen ante omnia intuendum) constituebam, quid utraque pars vellet efficere, tum per quid, hoc modo. Cogitabam, quid primum petitor diceret. Id aut confessum erat aut contro-  
 6 versum. Si confessum, non poterat ibi esse quaestio. Transibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar; nonnunquam etiam quod inde obtinebatur confessum erat. Ubi primum coeperat non convenire, quaestio oriebatur. Id tale est: *Occidisti*  
 7 *hominem; Occidi.* Convenit; transeo. Rationem reddere debet reus, quare occiderit. *Adulterum,* inquit, *cum adultera occidere licet.* Legem esse certum est. Tertium iam aliquid videndum est, in quo pugna consistat. *Non fuerunt adulteri; Fuerunt:*  
 8 *quaestio; de facto ambigitur, coniectura est. Interim et hoc tertium confessum est adulteros fuisse Sed tibi,* inquit *accusator, illos non licuit occidere; exul enim eras, aut ignominiosus.* De iure quaeritur. At si protinus dicenti *Occidisti* respondeatur *Non occidi,* statim pugna est.

---

<sup>1</sup> *I.e.* a question as to facts. *co.* VII. ii.

had formed a general idea of these circumstances, I proceeded to consider them quite as much from my opponent's point of view as from my own. The first point which I set myself to determine (it is easy enough to state, but is still all-important) was what each party desired to establish and then what means he was likely to adopt to that end. My method was as follows. I considered what the prosecutor would say first: his point must either be admitted or controversial: if admitted, no question could arise in this connexion. I therefore passed to the answer of the defence and considered it from the same standpoint: even there the point was sometimes one that was admitted. It was not until the parties ceased to agree that any question arose. Take for example the following case. "You killed a man." "Yes, I killed him." Agreed, I pass to the defence, which has to produce the motive for the homicide. "It is lawful," he urges, "to kill an adulterer with his paramour." Another admitted point, for there is no doubt about the law. We must look for a third point where the two parties are at variance. "They were not adulterers," say the prosecution; "They were," say the defence. Here then is the question at issue: there is a doubt as to the facts, and it is therefore a question of *conjecture*.<sup>1</sup> Sometimes even the third point may be admitted; it is granted that they were adulterers. "But," says the accuser, "you had no right to kill them, for you were an exile" or "had forfeited your civil rights." The question is now one of law. On the other hand, if when the prosecution says, "You killed them," the defence at once replies, "I did not," the issue is raised without more delay.

## QUINTILIAN

Si explorandum est, ubi controversia incipiat, et considerari debet, quid primam quaestionem faciat.<sup>1</sup>

9 Intentio simplex, *Occidit Saturninum Rabirius*; coniuncta, *Lege de sicariis commisit L. Varenus. Nam C. Varenus occidendum et Cn. Varenus vulnerandum et Salarium item occidendum curavit.*<sup>2</sup> Nam sic diversae propositiones erunt; quod idem de petitionibus dictum sit. Verum in coniuncta propositione plures esse quaestiones ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud a iure actionis excludit. In quo genere agenti est dispiciendum, quid quoque loco diluat.

10 Quod pertinet ad actorem, non plane dissentio a Celso, qui sine dubio Ciceronem secutus instat tamen huic parti vehementius, ut putet primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, inbecilliora medio, quia et initio movendus sit iudex  
11 et summo impellendus. At pro reo plerumque gravissimum quidque primum movendum est, ne illud spectans iudex reliquorum defensionem sit aversior. Interim tamen et hoc mutabitur, si leviora illa palam falsa erunt, gravissimi defensio difficilior,

<sup>1</sup> quid . . . faciat, *Happel*: quae . . . facit, *AG*.

<sup>2</sup> curavit, *Gesner*: ca . . . *A.*: cadit, *G.*: cavit, *2nd hand A.*

<sup>1</sup> *cp.* v. xi. 6.

<sup>2</sup> *cp.* v. xiii. 38.

<sup>3</sup> *cp.* III. vi. 1 *sq.*

<sup>4</sup> *cp.* III. vi. 23 and 52.

If it requires some search to discover where the dispute really begins, we must consider what constitutes the first question. The charge may be simple, 9 as for example "Rabirius killed Saturninus,"<sup>1</sup> or complex like the following: "The offence committed by Lucius Varenus falls under the law of assassination: for he procured the murder of Gaius Varenus, the wounding of Gnaeus Varenus and also the murder of Salarius."<sup>2</sup> In the latter case there will be a number of propositions, a statement which also applies to civil suits as well. But in a complex case there may be a number of *questions* and *bases*:<sup>3</sup> for instance the accused may deny one fact, justify another and plead technical grounds to show<sup>4</sup> that a third fact is not actionable. In such cases the pleader will have to consider what requires refutation and where that refutation should be placed.

As regards the prosecutor, I do not altogether 10 disagree with Celsus, who, though no doubt in so doing he is following the practice of Cicero, insists with some vehemence on the view that the first place should be given to some strong argument, but that the strongest should be reserved to the end, while the weaker arguments should be placed in the middle, since the judge has to be moved at the beginning and forcibly impelled to a decision at the end. But with the defence it is different: the strongest 11 arguments as a rule require to be disposed of first, for fear that the judge through having his thoughts fixed on those arguments should regard the defence of other points with disfavour. Sometimes, however, this order is subject to alteration; for example if the minor arguments are obviously false and the refutation of the most serious argument a matter of some

## QUINTILIAN

- ut detracta prius accusatoribus fide aggrediamur ultimum, iam iudicibus omnia vana esse credentibus. Opus erit tamen praefatione, qua et ratio reddatur dilati criminis et promittatur defensio, ne id quod
- 12 non statim diluemus timere videamur. Anteaetae vitae crimina plerumque prima purganda sunt, ut id, de quo laturus est sententiam iudex, audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in ultimum distulit, non quid frequentissime sed quid tum expediret intuitus.
- 13 Cum simplex intentio erit, videndum est, unum aliquid respondeamus an plura. Si unum, in re quaestionem instituamus an in scripto; si in re,<sup>1</sup> negandum sit quod obiicitur an tuendum; si in scripto, in qua specie iuris pugna sit, et in ea,
- 14 de verbis an de voluntate quaeratur. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus, quae sit lex quae litem faciat, hoc est, qua iudicium sit constitutum. Nam quaedam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modo actae rei seriem, ut puta: *Expositum qui agnoverit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto*

<sup>1</sup> in re, *Regius* : iure, *MSS.*



difficulty, we should attack it last of all, after discrediting the prosecution by demonstrating the falsity of the former, thereby disposing the judges to believe that all their arguments are equally unreliable. We shall, however, require to preface our remarks by explaining why we postpone dealing with the most serious charge, and by promising that we will deal with it at a later stage: otherwise the fact that we do not dispose of it at once may give the impression that we are afraid of it. Charges brought against the 12  
past life of the accused should generally be dealt with first in order that the judge may be well-disposed to listen to our defence on that point on which he has to give his verdict. But Cicero in the *pro Vareno* postpones his treatment of such charges to the conclusion, being guided not by the general rule, but by the special circumstances of the case.

When the accusation is simple, we must consider 13  
whether to give a single answer to the charge or several. In the former case, we must decide whether the question is one of fact or of law: if it is one of fact, we must deny the fact or justify it: if, on the other hand, it is a question of law, we must decide on what special point the dispute arises and whether the question turns on the letter or the intention of the law. We shall do this by considering what the 14  
law is which gives rise to the dispute, that is to say under what law the court has been constituted. In scholastic themes, for example, the laws are sometimes stated merely with a view to connecting the arguments of the cases. Take the following case: "A father who recognises a son whom he has exposed in infancy, shall only take him back after paying for his keep. A disobedient son may be disinherited.

## QUINTILIAN

- audientem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinquae; ille deducere*  
 15 *vult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis ad adfectum pertinet; iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex una lege quaestio est, ut in antinomia. His spectatis apparebit circa quod pugna sit.*
- 16 *Coniuncta defensio est, qualis pro Rabirio: Si occidisset, recte fecisset; sed non occidit. Ubi vero multa contra unam propositionem dicimus, cogitandum est primum quidquid dici potest, tum ex his quo quidque loco dici expediat aestimandum. In quo non idem sentio, quod de propositionibus paulo ante, quodque de argumentis probationum loco concessi, posse aliquando nos incipere a firmioribus.*
- 17 *Nam vis quaestionum semper crescere debet et ad potentissima ab infirmissimis pervenire, sive sunt*  
 18 *eiusdem generis sive diversi. Iuris autem quaestiones solent esse nonnunquam ex aliis atque aliis conflictionibus, facti semper idem spectant; in*

---

<sup>1</sup> The first law is strictly irrelevant to the case, but can be employed by the son to stir the jury's emotions. He owes a deep debt of gratitude to his poor foster-father, and his love for his foster-sister is based on life-long acquaintance. The father, on the other hand, will urge that his payment for his son's nurture has discharged the debt due to the poor man and that his son is once more under the *patria potestas*. The introduction of the first law thus enables the pleader to introduce fresh arguments and is thus said to link up the arguments.

<sup>2</sup> *cp.* III. vi. 46. and vii.

<sup>3</sup> § 10.

<sup>4</sup> v. xii. 14.

<sup>5</sup> This statement amounts to no more than that there may be infinite complication where questions of law are con-

A man who took back a son whom he had exposed orders him to marry a wealthy neighbour. The son desires to marry the daughter of the poor man who brought him up." The law about children who have 15 been exposed affords scope for emotional treatment, while the decision of the court turns on the law of disinheritance.<sup>1</sup> On the other hand, a question may turn on more laws than one, as in cases of *ἀντινομία* or contradictory laws.<sup>2</sup> It is by consideration of such points as these that we shall be able to determine the point of law out of which the dispute arises.

As an example of complex defence I may quote 16 the *pro Rabirio*: "If he had killed him, he would have been justified in so doing: but he did not kill him." But when we advance a number of points in answer to a single proposition, we must first of all consider everything that can be said on the subject, and then decide which out of these points it is expedient to select and where to put them forward. My views on this subject are not identical with those which I admitted a little while ago<sup>3</sup> on the subject of *propositions* and on that of *arguments* in the section which I devoted to *proofs*,<sup>4</sup> to the effect that we may sometimes begin with the strongest. 17 For when we are defending, there should always be an increase of force in the treatment of questions and we should proceed from the weaker to the stronger, whether the points we raise are of the same or of a different character. Questions of law will often arise 18 from one ground of dispute after another, whereas questions of fact are always concerned with one point;<sup>5</sup>

---

cerned, but questions of fact are simple and there is but one point to be considered, "was such and such an act committed?"

utroque genere similis ordo est. Sed prius de dissimilibus, ex quibus infirmissimum quidque primum tractari oportet, ideo quod quasdam quaestiones exsecuti donare solemus et concedere; neque enim transire ad alias possumus nisi omissis prioribus.

- 19 Quod ipsum ita fieri oportet, non ut damnasse eas videamur, sed omisisse, quia possumus etiam sine eis vincere. Procurator alicuius pecuniam petit ex fenore hereditario: potest incidere quaestio, an  
 20 huic esse procuratori liceat. Finge nos, postquam tractavimus eam, remittere vel etiam convinci: quaeretur, an ei, cuius nomine litigatur, procuratorem habendi sit ius. Discedamus hinc quoque: recipit materia quaestionem, an ille, cuius nomine agitur, heres sit feneratoris an ex asse heres.  
 21 Haec quoque concessa sint: quaeretur an debeatur. Contra nemo tam demens fuerit, ut cum id quod firmissimum duxerit se habere protulerit,<sup>1</sup> remittat illud et ad leviora transcendat. Huic in schola simile est: *Non abdicabis adoptatum; ut hunc quoque, non virum fortem; ut et fortem, non qui cuicumque<sup>2</sup> voluntati tuae non paruerit; ut in alia omnia subiectus sit, non*

<sup>1</sup> protulerit, *Halm*: omitted by *MSS*.

<sup>2</sup> qui cuicumque, *W. Meyer*: quicumque, *MSS*.

<sup>1</sup> See IV. iv. 6.

<sup>2</sup> *cp.* III. 6, 8.

but the order to be followed is the same in both cases. We must, however, deal first with points that differ in character. In such cases the weakest should always be handled first, for the reason that there are occasions when after discussing a question we make a concession or present of it to our opponents: for we cannot pass on to others without dropping those which come first. This should be done in such a way as to give the impression not that we regard the points as desperate, but that we have deliberately dropped them because we can prove our case without them. Suppose that the agent for a certain person claims the interest on a loan as due under an inheritance. The question may here arise whether such a claim can be made by an agent.<sup>1</sup> Assume that, after discussing the question, we drop it or that the argument is refuted. We then raise the question whether the person in whose name the action is brought has the right to employ an agent. Let us yield this point also.<sup>2</sup> The case will still admit of our raising the question whether the person in whose name the suit is brought is heir to the person to whom the interest was due and again whether he is sole heir. Grant these points also and we can still raise the question whether the sum is due at all? On the other hand, no one will be so insane as to drop what he considers his strongest point and pass to others of minor importance. The following case from a scholastic theme is of a similar character. "You may not disinherit your adopted son. And if you may disinherit him *quá* adopted son, you may not disinherit one who is so brave. And if you may disinherit one who is so brave, you may not disinherit him because he has

## QUINTILIAN

*propter optionem; ut propter optionem, non propter talem optionem.*<sup>1</sup> Haec iuris quaestionum differentia  
 22 est. In factis autem ad idem tendentia sunt plura, ex quibus aliqua citra summam quaestionem remitti solent; ut si is, cum quo furti agitur, dicat: *Proba te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude.* Priora enim remitti possunt, ultimum non potest.

23 Solebam et hoc facere,<sup>2</sup> ut vel ab ultima specie (nam ea fere est, quae continet causam) retrorsum quaererem usque ad primam generalem quaestionem, vel a genere ad extremam speciem descendereim,  
 24 etiam in suasoriis. Ut deliberat Numa, an regnum offerentibus Romanis recipiat. Primum, id est genus, an regnandum, tum<sup>3</sup> an in civitate aliena, an Romae, an laturo sint Romani talem regem. Similiter in controversiis. Optet enim vir fortis alienam uxorem. Ultima species est, an optare possit alienam uxorem. Generale est, an quidquid optarit, accipere debeat. Inde, an ex privato, an nuptias, an maritum ha-

<sup>1</sup> optionem . . . optionem, *Obrrecht*: opinionem . . . opinionem, *MSS.*: ut propter optionem omitted by *MSS.*

<sup>2</sup> facere is followed by praecipere, which is expunged by *Meister* as a gloss.

<sup>3</sup> tum added by *Christ*.

---

<sup>1</sup> The adopted son has done some heroic deed, bringing him under the scholastic law *vir fortis optet quod uolet*, "Let a hero choose what reward he will" (*cp.* v. x. 97). A scandalous choice might give ground for disinheriting him (*cp.* § 24 below), but the choice in question is not scandalous.

<sup>2</sup> *cp.* v. x. 5, 6. The statement "man is an animal" is insufficient as a definition, "animal" being the *genus*. "Man is mortal" introduces a *species*, but one common to other animals. "Man is rational" introduces the *ultima species*.

not obeyed your every command; and if he was bound to obey you in all else, you may not disinherit him on the ground of his choice of a reward; and even if the choice of a reward may give just ground for disinheriting, that is not true of such a choice as he actually made."<sup>1</sup> Such is the nature of 22 dissimilarity where points of law are concerned. Where, however, the question is one of fact, there may be several points all tending to the same result, of which some may be dropped as not essential to the main issue, as for instance if a man accused of theft should say to his accuser, "Prove that you had the property, prove that you lost it, prove that it was stolen, prove that it was stolen by me." The first three can be dropped, but not the last.

I used also to employ the following method. I 23 went back from the ultimate *species* (which generally contains the vital point of the case) to the first general question or descended from the *genus* to the ultimate *species*,<sup>2</sup> applying this method even to deliberative themes. For example, Numa is deliberating 24 whether to accept the crown offered him by the Romans. First he considers the general question, "Ought I to be a king?" Then, "Ought I to be king in a foreign state? Ought I to be king at Rome? Are the Romans likely to put up with such a king as myself?" So too in controversial themes. Suppose a brave man to choose another man's wife as his reward. The ultimate *species* is found in the question whether he is allowed to choose another man's wife. The *general* question is whether he should be given whatever he chooses. Next come questions such as whether he can choose his reward from the property of private individuals, whether he

25 bentis. Sed hoc non, quemadmodum dicitur, ita et quaeritur. Primum enim occurrit fere, quod est ultimum dicendum, ut hoc, *Non debes alienam uxorem optare*, ideoque divisionem perdit festinatio. Non oportet igitur offerentibus se contentum esse, sed quaerere aliquid quod ultra est,<sup>1</sup> *ne viduam quidem*. Adhuc plus est,<sup>2</sup> *nihil ex privato*. Ultimum retrorsum, quod idem a capite primum est, *nihil iniquum*.

26 Itaque propositione visa, quod est facillimum, cogitemus, si fieri potest, quid naturale sit primum responderi. Id si, tanquam res agatur et nobis ipsis respondendi necessitas sit, intueri voluerimus,

27 occurret. Si id non contigerit, seponamus id quod primum se obtulerit, et ipsi nobiscum sic loquamur: *Quid si hoc non esset?* id iterum et tertium et dum nihil sit reliqui. Itaque inferiora quoque scrutabimur, quae tractata faciliorem nobis iudicem in

28 summa quaestione facient. Non dissimile huic est et illud praeceptum, ut a communibus ad propria

<sup>1</sup> esse . . . ultra est, *Spalding*: esse quaere aliquidem ultra sit, *AG*.

<sup>2</sup> est, *Halm*: si, *A*: se *G*.

---

<sup>1</sup> *cp.* III. ix. 6.



can choose a bride as his reward, and if so, whether he can choose one who is already married. But in 25 our search for such questions we follow an order quite different from that which we employ in actual speaking.<sup>1</sup> For that which as a rule occurs to us first, is just that which ought to come last in our speech : as for instance the conclusion, "You have no right to choose another man's wife." Consequently undue haste will spoil our division of the subject. We must not therefore be content with the thoughts that first offer themselves, but should press our inquiry further till we reach conclusions such as that he ought not even to choose a widow : a further advance is made when we reach the conclusion that he should choose nothing that is private property, or last of all we may go back to the question next in order to the general question, and conclude that he should choose nothing inequitable. Consequently 26 after surveying our opponent's proposition, an easy task, we should consider, if possible, what it is most natural to answer first. And, if we imagine the case as being actually pleaded and ourselves as under the necessity of making a reply, that answer will probably suggest itself. On the other hand, if this is 27 impossible, we should put aside whatever first occurs to us and reason with ourselves as follows : "What if this were not the case?" We must then repeat the process a second and a third time and so on, until nothing is left for consideration. Thus we shall examine even minor points, by our treatment of which we may perhaps make the judge all the better disposed to us when we come to the main issue. The rule that we should descend from the 28 *common* to the *particular* is much the same, since

## QUINTILIAN

veniamus. Fere enim communia generalia sunt. Commune est, *Tyrannum occidit*; proprium, *patrem<sup>1</sup> tyrannum occidit*; *mulier occidit, uxor occidit.*

- 29 Solebam et excerpere, quid mihi cum adversario conveniret, si modo id pro me erat, nec solum premere confessionem, sed partiendo multiplicare, ut in illa controversia, *Dux, qui competitorem patrem in suffragiis vicerat, captus est; euntes ad redemptionem eius legati obvium habuerunt patrem revertentem ab*
- 30 *hostibus. Is legatis dixit: Sero itis. Excusserunt illi patrem et aurum in sinu eius invenerunt; ipsi perseverarunt ire quo intenderant; invenerunt ducem crucifixum, cuius vox fuit: Cavete proditorem. Reus est pater. Quid convenit? Proditio nobis praedicta est et praedicta a duce; quaerimus proditorem. Te isse ad hostes fateris et isse clam et<sup>2</sup> ab his incolumem redisse, aurum retulisse et aurum occultum habuisse.*
- 31 Nam, quod fecit, id nonnunquam potentius fit propositione; quae si animos occupavit, prope aures ipsae defensionis praecluduntur. In totum autem congregatio criminum accusantem adjuvat, separatio defendentem.

Solebam id, quod fieri et in argumentis dixi, in

<sup>1</sup> patrem, added by Halm.

<sup>2</sup> clam et, *Regius*: claret, *AG.*

what is *common* is usually *general*. For example, "He killed a tyrant" is *common*, while "A tyrant was killed by his son, by a woman or by his wife" are all *particular*.

I used also to note down separately whatever was admitted both by my opponent and myself, provided it suited my purpose, and not merely to press any admissions that he might make, but to multiply them by partition, as for example in the following controversial theme:—"A general, who had stood against his father as a candidate and defeated him, was captured: the envoys who went to ransom him met his father returning from the enemy. He said to the envoys, 'You are too late.' They searched the father and found gold in his pockets. They pursued their journey and found the general crucified. He cried to them, 'Beware of the traitor.' The father is accused." What points are admitted by both parties? "We were told that there had been treason and told it by the general." We try to find the traitor. "You admit that you went to the enemy, that you did so by stealth, that you returned unscathed, that you brought back gold and had it concealed about your person." For an act of the accused may sometimes be stated in such a way as to tell heavily against him, and if our statement makes a real impression on the mind of the judge, it may serve to close his ears to all that is urged by the defence. For as a general rule it is of advantage to the accuser to mass his facts together and to the defence to separate them.

I used also, with reference to the whole material of the case, to do what I have already mentioned<sup>1</sup> as being done with arguments, namely, after first.

tota facere materia, ut propositis extra quae nihil  
 esset omnibus, deinde ceteris remotis, solum id  
 32 superesset quod credi volebam, ut in praevari-  
 cationum criminibus: *Ut absolvatur reus, aut innocentia  
 ipsius fit aut interveniente aliqua potestate aut vi aut  
 corrupto iudicio aut difficultate probationis aut praevari-  
 catione. Nocentem fuisse confiteris, nulla potestas ob-  
 stilit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla  
 probandi difficultas fuit: quid superest, nisi ut prae-*  
 33 *varicatio fuerit?* Si omnia amoliri non poteram,  
 plura amoliebar. *Hominem occisum esse constat,  
 non in solitudine, ut a latronibus suspicer; non  
 praedae gratia, quia inspoliatus est; non hereditatis  
 spe, quia pauper fuit: odium igitur in causa, cum sis*  
 34 *inimicus.* Quae res autem faciliorem divisioni viam  
 praestat, eadem inventioni quoque, excutere quid-  
 quid dici potest, et velut reiectione facta ad op-  
 timum pervenire. Accusatur Milo, quod Clodium  
 occiderit. Aut fecit aut non. Optimum erat  
 negare; sed non potest: occidit ergo aut iure aut  
 iniuria utique. Iure: aut voluntate aut necessitate,

setting forth all the facts without exception, I then disposed of all of them with the one exception of the fact which I wished to be believed. For example, in charges of collusion it may be argued as follows. "The means for securing the acquittal 32 of an accused person are strictly limited. His innocence may be established, some superior authority may intervene, force or bribery may be employed, his guilt may be difficult to prove, or there may be collusion between the advocates. You admit that he was guilty; no superior authority intervened, no violence was used and you make no complaint that the jury was bribed, while there was no difficulty about proving his guilt. What conclusion is left to us save that there was collusion?" If I could not 33 dispose of all the points against me, I disposed of the majority. "It is acknowledged that a man was killed: but he was not killed in a solitary place, such as might lead me to suspect that he was the victim of robbers; he was not killed for the sake of plunder, for nothing was taken from him; he was not killed in the hope of inheriting his property, for he was poor: the motive must therefore have been hatred, since you are his enemy." The task not 34 merely of division, but of invention as well, is rendered materially easier by this method of examining all possible arguments and arriving at the best by a process of elimination. Milo is accused of killing Clodius. Either he did or did not do the deed. The best policy would be to deny the fact, but that is impossible. It is admitted then that he killed him. The act must then have been either right or wrong. We urge that it was right. If so, the act must have either been deliberate or under com-

## QUINTILIAN

- 35 nam ignorantia praetendi non potest. Voluntas anceps est, sed, quia ita homines putant, attingenda defensio, ut id pro re publica fuerit. Necessitate? subita igitur pugna, non praeparata; alter igitur insidiatus est. Uter? Profecto Clodius. Videsne, ut ipsa rerum necessitas deducat ad defensionem?
- 36 Adhuc, aut utique voluit occidere insidiatorem Clodium aut non. Tutius, si noluit. Fecerunt ergo servi Milonis neque iubente neque sciente Milone. At haec tam timida defensio detrahit auctoritatem illi, qua recte dicebamus occisum.
- 37 Adiicietur: *Quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.* Hoc eo est utilius, quod saepe nihil placet et aliquid dicendum est. Intueamur ergo omnia: ita apparebit aut id quod optimum est aut id quod minime malum. Propositione aliquando adversarii utendum et esse nonnunquam communem eam, suo loco dictum est.

Multis milibus versuum scio apud quosdam esse quaesitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet

---

<sup>1</sup> *pro Mil.* x. 29.

<sup>2</sup> v. iv. 8.

BOOK VII. 1. 34-37

pulsion of necessity, for it is impossible to plead ignorance. The intention is doubtful, but as it is 35 generally supposed to have existed, some attempt must be made to defend it and to show that it was for the good of the state. On the other hand, if we plead necessity, we shall argue that the fight was accidental and unpremeditated. One of the two parties then must have lain in wait for the other. Which was it? Clodius without doubt. Do you see how inevitably we are led to the right method of defence by the logical necessity of the facts? We 36 may carry the process further: either he wished to kill Clodius, who lay in wait for him, or he did not. The safer course is to argue that he did not wish to kill him. It was then the slaves of Milo who did the deed without Milo's orders or knowledge. But this line of defence shows a lack of courage and lessens the weight of our argument that Clodius was rightly killed. We shall therefore add the 37 words, "As every man would have wished his slaves to do under similar circumstances."<sup>1</sup> This method is all the more useful from the fact that often we can find nothing to say that really pleases us and yet have got to say something. Let us therefore consider every possible point; for thus we shall discover what is the best line for us to pursue, or at any rate what is least bad. Sometimes, as I have already said in the appropriate context,<sup>2</sup> we may make good use of the statement of our opponent, since occasionally it is equally to the purpose of both parties.

I am aware that some authors have written thousands of lines to show how we may discover which party ought to speak first. But in the actual

prior dicere ; quod in foro vel atrocitate formularum vel modo petitionum vel novissime sorte diiudicatur.

38 In schola quaeri nihil attinet, cum in declamationibus iisdem narrare et contradictiones solvere tam ab actore quam a possessore concessum sit. Sed in plurimis controversiis ne inveniri quidem potest : ut in illa, *Qui tres liberos habebat, oratorem, philosophum, medicum, testamento quattuor partes fecit et singulas singulis dedit, unam eius esse voluit, qui esset utilissimus*

39 *civitati.* Contendunt ; quis primus dicat, incertum est, propositio tamen certa ; ab eo enim, cuius personam tuebimur, incipiendum erit. Et haec quidem de dividendo in universum praecipari possunt.

40 At quomodo inveniemus etiam illas occultiores quaestiones ? scilicet, quomodo sententias, verba, figuras, colores : ingenio, cura, exercitatione. Non tamen fere unquam nisi imprudentem fugerint, si, ut dixi, na-

41 turam sequi duces velit. Sed plerique eloquentiae famam adfectantes contenti sunt locis speciosis modo vel nihil ad probationem conferentibus. Alii nihil ultra ea quae<sup>1</sup> in oculos incurrunt exquirendum putant.

Quod quo facilius appareat, unam de schola con-

<sup>1</sup> ultra ea quae, *M. Haupt, Madvig* : vitare quae, *A* : vitare aquae, *G*.

<sup>1</sup> Or perhaps "glosses," *i. e.* the giving of a special aspect to the case by skilful representation of facts.

<sup>2</sup> § 26.



practice of the courts this is decided either by some brutally rigid formula, or by the character of the suit, or finally by lot. In the schools, on the other 38 hand, such an enquiry is mere waste of time, since the prosecution and the defence are indifferently permitted to state a case and refute it in the same declamation. But in the majority of controversial themes it is not even possible to discover who should speak first, as for instance in the following: "A certain man had three sons, an orator, a philosopher and a physician. In his will he divided his property into four portions, three of which he distributed equally among his sons, while the fourth was to go to the son who rendered the greatest service to his country." The sons dispute the point. 39 It is uncertain who should speak first, but our course is clear enough. For we shall begin with the son whose rôle we assume. So much for the general rules by which we should be guided in making our *division*.

But how shall we discover those *questions* which 40 present abnormal difficulty? Just as we discover reflexions, words, figures or the appropriate *nuances* of style,<sup>1</sup> namely by native wit, by study and by practice. None the less it will be rare for anyone who is not a fool to fail to discover them, so long as he is content, as I have said,<sup>2</sup> to accept nature for a guide. Many, however, in their passionate desire to 41 win a reputation for eloquence are content to produce showy passages which contribute nothing to the proof of their case, while others think that their enquiry need not proceed further than that which meets the eye.

To make my meaning clearer, I will cite a

## QUINTILIAN

troversiam, non ita sane difficillimam aut novam,  
 42 proponam in exemplum. *Qui reo proditionis patri non  
 adfuerit, exheres sit. Proditionis damnatus cum advocalo  
 exulet. Reo proditionis patri disertus filius adfuit,  
 rusticus non adfuit: damnatus abiit cum advocalo in  
 exilium. Rusticus cum fortiter fecisset, praemii nomine  
 impetravit restitutionem patris et fratris. Pater reversus  
 intestatus decessit: petit rusticus partem bonorum, orator*  
 43 *lotum vindicat sibi.* Hic illi eloquentes quibusque nos  
 circa lites raras sollicitiores ridiculi videmur, invadent  
 personas favorabiles. Actio pro rustico contra di-  
 sertum, pro viro forti contra imbellem, pro restituto  
 contra ingratum, pro eo, qui parte contentus sit,  
 contra eum, qui fratri nihil dare ex paternis velit.  
 44 Quae omnia sunt in materia et multum iuvant,  
 victoriam tamen non trahunt. In hac quaerentur  
 sententiae, si fieri poterit, praecipites vel obscurae  
 (nam ea nunc virtus est), et pulchre fuerit cum  
 materia tumultu et clamore transactum. Illi vero,  
 quibus propositum quidem melius, sed cura in  
 30

solitary example from the controversial themes of the schools; it is neither novel nor complicated. "The man who refuses to appear in defence 42 of his father when accused of treason shall be disinherited: the man who is condemned for treason shall be banished together with his advocate. A father accused of treason was defended by one son who was a fluent speaker, while another son, who was uneducated, refused to appear for him. The father was condemned and banished with his advocate. The uneducated son performed some heroic act and demanded as a reward the restoration of his father and brother. The father returned and died intestate. The uneducated son claims a portion of his estate, the orator claims the whole for himself." In this case those paragons of eloquence, 43 who laugh at us because we trouble our heads about cases that rarely occur, will always assume the popular rôle. They will defend the uneducated against the eloquent son, the brave against the coward, the son who secured the recall of his kin against the ungrateful son, the son who is content with a portion of the inheritance against the son who would refuse his brother a share in their patrimony. All these points are actually to be 44 found in the case and are of considerable importance, but they are not such as to render victory a certainty. In such a case they will, as far as possible, search for daring or obscure reflexions (for to-day obscurity is accounted a virtue), and they will think they have given the theme a brilliant treatment by ranting and raving over it. Those, on the other hand, whose ideals are higher, but who restrict themselves merely to the obvious, will note

- 45 proximo est, haec velut innatantia videbunt: excusatum esse rusticum, quod non interfuerit iudicio nihil collaturus patri; sed ne disertum quidem habere, quod imputet reo, cum is damnatus sit; dignum esse hereditate restitutorem; avarum, impium, ingratum, qui dividere nolit cum fratre eoque sic merito; quaestionem quoque illam primam scripti et voluntatis, qua non expugnata non sit sequentibus
- 46 locus. At qui naturam sequetur illa cogitabit profecto, primo hoc dicturum rusticum: *Pater intestatus duos nos filios reliquit, partem iure gentium peto.* Quis tam imperitus, quis tam procul a litteris, quin sic
- 47 incipiat, etiamsi nescierit, quid sit propositio? Hanc communem omnium legem leviter adornabit ut iustam. Nempe sequetur, ut quaeramus, quid huic tam aequae postulationi respondeatur? At id manifestum est. *Lex est, quae iubet exheredem esse eum qui patri proditoris reo non adfuerit; tu autem non adfuisti.* Hanc propositionem necessaria sequitur legis laudatio et eius, qui non adfuerit, vituperatio.
- 48 Adhuc versamur in confessis; redeat animus ad

---

<sup>1</sup> Sc. in spite of his own eloquence.

<sup>2</sup> See IV. iv.

 iudicium sit, cognitionem adligabit dicens neminem  
 non aliquando coepisse peccare, nec per encaenia<sup>2</sup>  
 34 ducendum scelus primum. Haec in respondendo.  
 Sic autem praeparabit actione prima iudicum animos,  
 ut noluisse potius obiicere quam non potuisse cre-  
 datur. Eoque satius est omni se anteaetae vitae  
 abstinere convicio quam levibus aut frivolis aut  
 manifesto falsis reum incessere, quia fides ceteris  
 detrahitur; et qui nihil obiicit, omisisse credi potest

<sup>1</sup> indignum, *Aldine ed.*: ingenuum, ingenium, *MSS.*

<sup>2</sup> *Encaenia* is a feast in honour of the dedication of a new temple or building. The phrase is strange, but there seems no possibility of plausible emendation. The word is rare and not likely to be corrupt. *Pro* is the reading of the best *MSS.*

urge that bad men are capable of every crime, as is shown by every-day occurrences, or that the atrocious nature of a crime is but a poor argument against its having been committed. At times we 32 may base our arguments on the special circumstances of the person involved. This may be done in various ways: rank, for example, may be pleaded in defence of the accused, or at times, on the other hand, may be employed to prove his guilt on the ground that he trusted to his rank to secure impunity. Similarly poverty, humble rank, wealth may be used as arguments for or against the accused according to the talent of the advocate. Upright character, however, 33 and the blamelessness of his past life are always of the utmost assistance to the accused. If no charge is made against his character, counsel for the defence will lay great stress on this fact, while the accuser will attempt to restrict the judge to the sole consideration of the actual issue which the court has to decide, and will say that there must always be a first step in crime and that a first offence is not to be regarded as the occasion for celebrating a feast in honour of the defendant's character. So 34 much for the methods of reply which will be employed by the prosecution. But he will also in his opening speech endeavour to dispose the judges to believe that it is not so much that he is unable, as that he is unwilling to bring any charge against the character of the accused. Consequently it is better to abstain from casting any slur on the past life of the accused than to attack him with slight or frivolous charges which are manifestly false, since such a proceeding discredits the rest of our argument. Further, the advocate who brings

## QUINTILIAN

maledicta tanquam supervacua; qui vana congerit, confitetur unum<sup>1</sup> in anteactis argumentum, in quibus  
 35 vinci quam tacere maluerit. Cetera, quae a personis duci solent, in argumentorum locis exposuimus.

Proxima est ex causis probatio, in quibus haec maxime spectantur, ira, odium, metus, cupiditas, spes; nam reliqua in horum species cadunt. Quorum si quid in reum conveniet, accusatoris est efficere ut<sup>2</sup> ad quidquid faciendum causae valere videantur, easque quas in argumentum sumet augere; si minus,  
 36 illuc conferenda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, si fecit, aut etiam dignius esse odio scelus, quod non habuerit causam. Patronus vero, quotiens poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factum esse sine causa. Quod Cicero vehementissime multis orationibus tractat, praecipue tamen pro Vareno, qui omnibus aliis premebatur; nam et damnatus est.  
 37 At, si proponitur, cur factum sit, aut falsam causam

<sup>1</sup> unum, *Spalding*: vanum, *MSS.*

<sup>2</sup> ut, *added by Spalding.*

---

<sup>1</sup> v. x. 20, where *argumentorum loci* are defined as "the dwellings of arguments, where they hide and where we must look for them."



no charges against the accused may be believed to have omitted all reference to past offences on the ground that such reference was not necessary, while the advocate who heaps up baseless charges thereby admits that his only argument is to be found in the past life of the accused, and that he has deliberately preferred to risk defeat on this point rather than say nothing at all about it. As regards the other 35 arguments derived from character, I have already discussed them in connexion with "places" of argument.<sup>1</sup>

The next type of proof is derived from causes or motives, such as anger, hatred, fear, greed or hope, since all motives can be classified as species of one or other of these. If any of these motives can be plausibly alleged against the accused, it is the duty of the accuser to make it appear that such motives may lead a man to commit any crime, and to exaggerate the particular motives which he selects for the purpose of his argument. If no such motive can 36 be alleged, he must take refuge in suggesting that there must have been some hidden motive, or in asserting that, if he committed the act, all enquiry into motive is irrelevant or that a motiveless crime is even more abominable than one which has a motive. Counsel for the defence, on the other hand, will, wherever it be possible, emphasise the point that it is incredible that any act should be committed without a motive. Cicero develops this point with great energy in a number of his speeches, but more especially in his defence of Varenus, who had everything else against him and was as a matter of fact 37 condemned. But if the prosecution do allege some motive, he will either say that the motive alleged is

## QUINTILIAN

aut levem aut ignotam reo dicet. Possunt autem esse aliquae interim ignotae, an heredem habuerit, an accusaturus fuerit eum, a quo dicitur<sup>1</sup> occisus. Si alia defecerint, non utique spectandas esse causas; nam quem posse reperiri, qui non metuat, oderit, 38 speret? plurimos tamen haec salva innocentia facere. Neque illud est omittendum, non omnes causas in omnibus personis valere. Nam ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in Curio Fabricioque momentum.

39 De causa prius an de persona dicendum sit, quaeritur, varieque est ab oratoribus factum, a Cicerone etiam praelatae frequenter causae. Mihi, si neutro litis condicio praeponderet, secundum naturam videtur incipere a persona. Nam hoc magis generale est rectorque divisio, an ullum crimen 40 credibile, an hoc. Potest tamen id ipsum, sicut pleraque, vertere utilitas. Nec tantum causae voluntatis sunt quaerendae, sed interim et erroris, ut ebrietas, ignorantia. Nam ut haec in qualitate

<sup>1</sup> dicitur, *vulgo*: dicetur, *AG*.

false or inadequate or unknown to the accused. For it is possible that a man may be quite ignorant of motives imputed to him. He may not, for example, have known whether the man whom he is accused of having killed had appointed him his heir or intended to prosecute him. All else failing, we may urge that motives are not necessarily of importance. For what man is there who is not liable to the emotions of fear, hatred or hope, and yet numbers of persons act on these motives without committing crime? Nor should we neglect the point 38 that all motives do not apply to all persons. For example, although poverty may in certain cases be a motive for theft, it will not have the same force with men such as Curius or Fabricius.

The question has been raised as to whether we 39 should deal first with persons or motives, and different orators have given different answers: Cicero as a rule prefers to treat motives first. For my own part, if the circumstances of the case do not point strongly in either direction, I consider that the most natural course is to begin by dealing with persons. For the enquiry whether any crime can credibly be imputed to such a man as the accused is of a more general character than the question whether some one particular crime can be imputed, and in addition involves a greater correctness in division. Still, in 40 many cases expediency may make it desirable to reverse the order. Further, we have to seek not merely motives affecting the will, but also causes leading to error, such as drunkenness or ignorance. For just as such considerations lessen the guilt of a crime when regarded from the point of view of its quality, so they tell heavily against the criminal as

## QUINTILIAN

- 41 crimen elevant, ita in coniectura premunt. Et persona quidem nescio an unquam, utique in vero actu rei, possit incidere, de qua neutra pars dicat; de causis frequenter quaeri nihil attinet, ut in adulteriis, ut in furtis, quia illas per se ipsa crimina secum habent.
- 42 Post haec intuenda videntur et consilia, quae late patent; an credibile sit, reum sperasse id a se scelus effici posse, an ignorari, cum fecisset, an, etiamsi ignoratum non esset, absolvi vel poena levi transigi vel tardiore vel ex qua minus incommodi consecuturus quam ex facto gaudii videretur, an etiam tanti
- 43 putaverit poenam subire; post haec, an alio tempore et aliter facere vel facilius vel securius potuerit, ut dicit Cicero pro Milone enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit; praeterea, cur potissimum illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus, (qui et ipse diligentissime tractatur pro eodem locus) an, etiamsi nulla ratione ductus est, impetu raptus sit et absque sententia, (nam vulgo dicitur scelera non habere consilium) an etiam consuetudine peccandi sit ablati.

---

<sup>1</sup> c. xiv. sqq.

far as the question of fact is concerned. I should 41  
 imagine that there could never be a case, or at any rate  
 an actual case in the courts, in which neither side said  
 anything about the character of the persons involved ;  
 but this is not true of causes and motives, for it is  
 often wholly unnecessary to trouble ourselves about  
 them, as, for example, in cases of theft or adultery,  
 crimes which carry their motives on the face of them.

Next we must consider the intention, a term which 42  
 involves a number of questions, such as whether it is  
 probable that the accused hoped that he would be  
 able to carry such a crime into effect, or that it  
 would escape detection when committed, or that,  
 even if detected, it would be pardoned or punished  
 but lightly or after considerable lapse of time, or  
 that the inconvenience involved by the penalty  
 would be outweighed by the pleasure resulting from  
 the crime : or again, whether it was worth while  
 incurring the penalty ; and further, whether he could 43  
 have done the deed at some other time and in some  
 other way, or with greater ease or security, as Cicero  
 says in the *pro Milone*,<sup>1</sup> where he mentions the  
 numerous occasions when his client could have killed  
 Clodius with impunity. There is also the question  
 why the accused should have chosen that particular  
 place or time or means for the commission of the  
 crime, a topic to which Cicero gives a thorough  
 treatment in the same passage ; or whether, without 44  
 having the least reason for the deed, he was carried  
 away by the impulse of the moment and acted  
 without deliberate purpose (for it is a common  
 saying that crimes are irrational), or finally, whether  
 he was led astray by the fact that crime had become  
 a habit with him.

## QUINTILIAN

Excussa prima parte, an voluerit, sequitur, an potuerit. Hic tractatur locus, tempus, ut furtum in loco cluso, frequenti, tempore vel diurno, cum testes  
45 plures, vel nocturno, cum maior difficultas. Inspiciuntur itaque difficultates occasionesque, quae sunt plurimae ideoque exemplis non egent. Hic sequens locus talis est, ut, si fieri non potuit, sublata sit lis; si potuit, sequatur quaestio an fecerit. Sed haec etiam ad animi coniecturam pertinent, nam et ex his colligitur an speraverit. Ideo spectari debent et instrumenta, ut Clodii ac Milonis comitatus.

46 Quaestio, an fecerit, incipit a secundo tempore, id est praesenti, deinde coniuncto, quorum sunt sonus, clamor, gemitus; insequentis latitatio, metus, similia. His accedunt signa, de quibus tractatum est, verba etiam et facta, quaeque antecesserunt quaeque  
47 secuta sunt. Haec aut nostra sunt aut aliena. Sed verba nobis magis nocent et minus<sup>1</sup> prosunt nostra

<sup>1</sup> et minus, *Regius*: aut minus magis, *MSS.*

<sup>1</sup> *cp. v. x. 45.*

<sup>2</sup> *v. ch. ix.*

Having dealt with the question whether he intended to commit the crime, we proceed to the question whether he was in a position to commit it. Under this head we discuss the place and occasion of the offence. For instance, in a case of theft we ask whether it was committed in a secluded or frequented spot, in the daytime, when witnesses are more numerous, or by night, when success is more difficult. Consequently we shall consider all the circumstances 45 rendering the act difficult or easy of accomplishment; these require no illustration, being numerous and familiar. This second topic is of such importance that, if it is impossible to give it satisfactory treatment, the case falls to the ground; if, however, we succeed in dealing with it adequately, we must proceed to consider whether the accused actually committed the act. But this topic involves conjecture as to intention, for it is from these facts that we infer whether he hoped for success or not. Therefore we must also consider the question of the means at his disposal, such, for example, as the retinues of Clodius and Milo.

The question whether he actually did the deed 46 belongs, in the first place, to the second division of time, namely the present, and secondly to time that is almost, though not actually contemporary: under this latter head come circumstances such as noise, cries or groans,<sup>1</sup> while concealment, fear and the like belong to subsequent time. To these must be added indications, which we have already discussed elsewhere,<sup>2</sup> and words and acts antecedent or subsequent to the crime. These words and acts are either 47 our own or those of others. With regard to words, our own do us greater harm and bring us less profit

- quam aliena ; magis prosunt et minus nocent aliena quam nostra. Facta autem interim magis prosunt nostra, interim aliena, ut si quid, quod pro nobis sit, adversarius fecit ; semper vero magis nocent nostra
- 48 quam aliena. Est et illa in verbis differentia, quod aut aperta sunt aut dubia. Seu nostra seu aliena sunt, infirmiora in utrumque sint necesse dubia ; tamen nostra saepe nobis nocent, ut in illa controversia : *Interrogatus filius, ubi esset pater, dixit, Ubique est, vivit ; at ille in puteo mortuus est inventus.*
- 49 Aliena, quae sunt dubia, nunquam possunt nocere nisi aut incerto auctore aut mortuo. *Nocte audita vox est, Cavete tyrannidem ; et, Interrogatus, cuius veneno moreretur, respondit, Non expedit tibi scire.* Nam si est, qui possit interrogari, solvet ambiguitatem.
- 50 Cum autem dicta factaque nostra defendi solo animo possint, aliena varie refutantur.

De uno quidem maximò genere coniecturalium controversiarum locuti videmur, sed<sup>1</sup> in omnes aliquid ex his cadit. Nam furti, depositi, creditae

<sup>1</sup> videmur sed, *Spalding* : videmus et, *G* : videmur et, *A*.



than do those of others, while those of others bring us greater profit and do us less harm than our own. On the other hand, with regard to deeds, it is sometimes from our own and sometimes from those of others that we derive the greatest advantage, as, for example, when our opponent has done something which tells in our favour: but our own acts are always more injurious to our case than are those of others. Again, with regard to words, we must 48 distinguish between those whose meaning is clear and those whose significance is doubtful. The latter will necessarily give less assistance to either side, be they our own words or another's. On the other hand, any ambiguity in our own words will always tell against us, as, for example, in the following controversial theme. "A son, on being asked where his father was, replied: 'Wherever he is, he is alive.' But the father was found dead at the bottom of a well." When the ambiguity lies in words used by 49 others, they can never do us any harm, unless he who uttered them be unknown or dead; I will give two illustrations of my meaning: "A cry was heard at night, 'Be on your guard against the establishment of a tyranny';" and, "on being asked who had poisoned him, he replied: 'It is not fit that you should know.'" For if the speaker is available for examination, he will clear up the ambiguity. Finally, 50 whereas our own words and deeds can only be justified by their intention, the deeds and words of others can be disposed of in a number of different ways.

My remarks on this subject have, I think, been confined to one very important class of conjectural cases, but something of what I have said will apply to all cases. For example, in cases concerned with

pecuniae et a facultatibus argumenta veniunt, an fuerit, quod deponeretur, et a personis, an ullum deposuisse apud hunc, vel huic credidisse credibile sit, an petitozem calumniari, an reum infitiatozem

51 esse vel furem. Sed etiam in furti reo sicut in caedis quaeritur de facto et de auctore. Crediti et depositi duae quaestiones, sed nunquam iunctae, an datum sit, an redditum. Habent aliquid proprii adulterii causae, quod plerumque duorum discrimen est et de utriusque vita dicendum, quanquam et id quaeritur, an utrumque pariter defendi oporteat. Cuius rei consilium nascetur ex causa; nam si adiu-  
vabit pars altera, coniungam; si nocebit, separabo.

52 Ne quis autem mihi putet temere excidisse, quod plerumque duorum crimen esse adulterium, non semper dixerim: potest accusari sola mulier incerti adulterii: *Munera domi inventa sunt; pecunia, cuius auctor non exstat; codicilli, dubium ad quem scripti*

53 In falso quoque ratio similis; aut enim plures in

theft, deposits and loans, arguments are derived both from possibilities (as when we enquire whether there was any money to deposit), and from persons, as when we raise the question whether it is credible that any one deposited money with this man or trusted him with a loan, or that the claimant is bringing a false accusation, or that the accused repudiates his debt or is a thief. But even in the case of an accusation of 51 theft, just as in an accusation of murder, we enquire both into the act and the author, while in cases concerned with loans and deposits there are also two questions (though these are always distinct from one another), namely, whether the money was delivered and whether it has been repaid. Cases of adultery are marked by the following peculiarity, that, as a rule, the safety of two persons is involved, and it is necessary to say something of the past life of both, although some have raised the question whether both parties should be defended together. The line to be taken must depend on the circumstances of the individual case: if the defence of one party lends support to the defence of the other, I should defend them conjointly; if the reverse is the case, I should treat the two cases separately. How- 52 ever, that no one may think me somewhat hasty in saying that two persons are as a rule involved in charges of adultery, I would point out that I would not assert that this is always the case. The woman alone may be accused of adultery with a person unknown: we may say, "Gifts were found in the house, and money from some unknown source, and love-letters whose destination cannot be ascertained." The case is similar in accusations of 53 forgery: for either there are several accused or only

culpam vocantur aut unus. Et scriptor quidem semper tueri signatorem necesse habet, signator scriptorem non semper, nam et decipi potuit. Is autem, qui hos adhibuisse et cui id factum dicitur, et scriptorem et signatores defendet. Iidem argumentorum loci in causis proditiōnis et adfectatae tyrannidis.

- 54 Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere, quod omnia, quae in themate non sunt, pro nobis ducimus. Adulterium obiicis; *quis testis? quis index?* Proditionem,<sup>1</sup> *quod pretium? quis conscius?* Venenum; *ubi emi? a quo? quando? quanti? per quem dedi?* Pro reo tyrannidis adfectatae;
- 55 *ubi sunt arma? quos contraxi satellites?* Neque haec nego esse dicenda, et ipsis utendum pro parte suscepta. Nam et in foro aliqua, quando<sup>2</sup> adversarius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tantam illam facilitatem olim desideravimus, ubi non fere causa agitur, ut non aliquid ex his aut plura
- 56 ponantur. Huic simile est, quod in epilogis quidam,

<sup>1</sup> Proditionem, *added by Spalding.*

<sup>2</sup> aliqua quando, *Spalding*: aliquando, *AG.*

---

<sup>1</sup> The writer will always support the signatory's statement that he signed the document. The signatory will not always support the writer; *e. g.* he may not know the nature of the document which he signed.

<sup>2</sup> *cp. iv. ii. 28.* As the examples which follow show, the declaimer assumes that his imaginary opponent has no good evidence to support his case: *i. e.* no witness, no informer, no weapons, no bodyguard.

one. The writer of a document always regards it as necessary to support the signatory, but the signatory does not always support the writer of the document, for it is always possible that he has been deceived on the matter.<sup>1</sup> On the other hand, the man who is said to have called in their services, and for whom the document is alleged to have been written, will always defend both writer and signatories. The arguments employed in cases of treason or attempted tyranny will be drawn from the same sources.

But the custom prevalent in the schools of regard- 54  
 ing everything not definitely stated in the theme as being in the speaker's favour,<sup>2</sup> is likely to prove harmful to students destined for practice in the courts. You bring a charge of adultery. "Who is your witness? who is your informer?" You charge me with treason. "What was my reward? who was my accomplice?" You charge me with poisoning. "Where did I buy the poison, and from whom? When did I buy it, what was the price, and whom did I employ to administer it?" Or in defence of one charged with attempting to establish himself as tyrant, the declaimer will cry, "Where are my weapons, and what bodyguards have I ever collected?" I do not deny that these questions 55  
 should be asked, or that we should use them as far as is permitted by the rôle which we have assumed; for even in the courts I feel that it will be desirable to put such questions, if my opponent is not in a position to reply effectively; but we have often felt the lack of such freedom in the courts, whereas in the schools there is scarcely a case where one or more examples of this method are not to be found. Similar to this is the practice which some 56

quibus volunt, liberos, parentes, nutrices accommo-  
dant, nisi quod magis concesseris ea, quae non sint  
posita, desiderare quam adiicere.<sup>1</sup>

De animo quomodo quaeratur, satis dictum est,  
cum ita diviserimus, an voluerit, an potuerit, an  
fecerit. Nam qua via tractatur, an voluerit, eadem,  
quo animo fecerit; id enim est, an male facere  
57 voluerit. Ordo quoque rerum aut adfert aut detra-  
hit fidem; multo scilicet magis res, prout ponuntur,<sup>2</sup>  
congruunt aut repugnant. Sed haec nisi in ipso  
complexu causarum non deprehenduntur. Quaeren-  
dum tamen semper, quid cuique connectatur et quid  
consentiat.

III. Sequitur coniecturam finitio. Nam, qui non  
potest dicere nihil fecisse, proximum habebit, ut  
dicat, non id fecisse, quod obiiciatur. Itaque  
pluribus legibus in iisdem quibus coniectura versatur,  
defensionis tantum genere mutato, ut in furtis,  
depositis, adulteriis. Nam, quemadmodum dicimus,

<sup>1</sup> adiicere, *Spalding*: dicere, *AG*.

<sup>2</sup> ponuntur, *added by Spalding*.

---

<sup>1</sup> *i. e.* it is safer to ask the imaginary opponent "where  
is your evidence?" than to produce imaginary evidence  
ourselves.

<sup>2</sup> § 27.

declaimers allow themselves in their perorations of assigning children, parents and nurses to their characters at will, though it is more reasonable to call for evidence which is not explicitly mentioned in the statement of the theme than to introduce it ourselves.<sup>1</sup>

With regard to the method to be followed when we enquire into intention, I have said enough in dividing the subject into three questions,<sup>2</sup> namely, whether the accused intended to do the deed, whether he was in a position to do it and whether he actually did it. For the method of enquiring into the purpose with which an act was committed is identical with that employed in enquiring whether the deed was intended, since it amounts to asking whether a criminal act was intended. Further, the 57 order in which the facts are stated may either contribute to or detract from the credibility of our case; for consistency and the reverse depend to a very great extent on the way the circumstances are arranged. But we shall be unable to detect these qualities unless we consider the circumstances in connexion with the case as a whole. None the less, it will always be necessary to consider what are best suited to be placed together.

III. *Conjecture* is followed by *definition*. For the man who cannot assert that he has done nothing, must needs take refuge in the assertion that he has not committed the act which is alleged against him. Consequently the laws which govern *definition* are for the most part the same as those which govern *conjecture*, the only difference lying in the method to be employed in defence in cases such as those concerned with theft, deposits or adultery. For just as we say,

*Non feci furtum, non accepi depositum, non commisi adulterium, ita, Non est hoc furtum, non est hoc depositum,*<sup>1</sup> *non est hoc adulterium.* Interim a qualitate ad finitionem descenditur, ut in actionibus dementiae, malae tractationis, rei publicae laesae; in quibus si recte facta esse, quae obiiciuntur, dici non potest, illud succurrit, *Non est male tractare uxorem verbis*<sup>2</sup> *laedere.* Finitio igitur est rei propositae propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enuntiatio.

3 Constat maxime, sicut est dictum, genere, specie, differentibus, propriis: ut si finias equum, (noto enim maxime utar exemplo) genus est animal, species mortale, differentia irrationale, (nam et

7 homo mortale erat) proprium hinniens. Haec adhi-

4 betur orationi pluribus causis. Nam tum est certum de nomine, sed quaeritur quae res ei subiicienda sit, tum res est manifesta, sed de nomine non constat. Cum de<sup>3</sup> nomine constat, de re dubium est, interim

5 coniectura est: ut si quaeratur, quid sit deus. Nam qui neget deum esse spiritum omnibus partibus im-

mixtum, non hoc dicat falsam esse divinae illius naturae appellationem, sicut Epicurus, qui humanam ei formam locumque inter mundos dedit? Nominem

6 uterque uno utitur; utrum sit in re, coniectat. Interim qualitas tractatur, ut quid sit rhetorice, vis

<sup>1</sup> depositum, *Badius*: initiatio, *AG*: mutuatio, *cod. Mon.*

<sup>2</sup> uxorem verbis, *Spalding*: rem publicam verbis, *MSS.*

<sup>3</sup> sed . . . constat, *Halm*: et quod nomine constat, *MSS.*



"I have not committed theft, I never received a deposit, I am not guilty of adultery," so we say, "This is not theft, this is not a deposit, this is not adultery." Sometimes we may pass from *quality* to *definition*, as in actions concerned with lunacy, cruelty and offences against the State. In such cases if it is impossible to assert that the acts alleged were right, we are left with such pleas as, "To use bad language to one's wife does not amount to cruelty." Definition is the statement of the fact called in question in appropriate, clear and concise language. As I have already said,<sup>1</sup> it consists mainly in the statement of *genus*, *species*, *difference* and *property*. For example, if you wish to define a horse (for I will take a familiar example), the *genus* is animal, the *species* mortal, the *difference* irrational (since man also is mortal) and the *property* neighing. Definition is employed by the orator for a number of different reasons. For sometimes, though there may be no doubt as to a term, there is a question as to what it includes, or, on the other hand, there may be no doubt about the thing, but no agreement as to the term to be applied to it. When the term is agreed, but the thing doubtful, conjecture may sometimes come into play, as, for instance, in the question, "What is god?" For the man who denies that god is a spirit permeating all things, assuredly asserts that the epithet "divine" is falsely applied to his nature, like Epicurus, who gives him a human form and makes him reside in the intermundane space. While both use the same term *god*, both have to employ conjecture to decide which of the two meanings is consistent with fact. Sometimes again we have recourse to quality, as in the question, "What is

## QUINTILIAN

persuadendi an bene dicendi scientia. Quod genus est in iudiciis frequentissimum. Sic enim quaeritur, an deprehensus in lupanari cum aliena uxore adulter sit: quia non de appellatione, sed de vi facti eius ambigitur, an omnino peccaverit. Nam si peccavit, 7 non potest esse aliud quam adulter. Diversum est genus, cum controversia consistit in nomine, quod pendet ex scripto, nec versatur in iudiciis nisi propter verba quae litem faciunt: an, qui se interficit, homicida sit; an, qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida; an carmina magorum veneficium. Res enim manifesta est, sciturque non idem esse occidere se quod alium, non idem occidere tyrannum quod compellere ad mortem, non idem carmina ac mortiferam potionem; quaeritur tamen, an eodem nomine appellanda sint.

8 Quanquam autem dissentire vix audeo a Cicerone, qui multos secutus auctores dicit, finitionem esse de eodem et de altero, semper enim<sup>1</sup> neganti aliquod esse nomen dicendum quod sit potius: tamen equi- 9 dem<sup>2</sup> tris habeo velut species. Nam interim con-

<sup>1</sup> enim, *added by Regius.*

<sup>2</sup> equidem, *Christ: eandem, AG.*

---

<sup>1</sup> *cp. III. vi. 31.*

rhetoric? Is it the power to persuade or the science of speaking well?" This form of question is of frequent occurrence in the courts. For instance, the question may arise whether a man caught in a brothel with another man's wife is an adulterer. Here there is no doubt about the name; it is the significance of the act which is in doubt, since the question is whether he has committed any sin at all. For if he has sinned, his sin can only be adultery. There is a different type of question where the dispute is concerned with the term to be applied, which depends on the letter of the law: it is a form of question which can only arise in the courts from the actual words on which the dispute turns. Take as examples the questions, whether suicide is a form of homicide, or whether the man who forces a tyrant to kill himself can be considered a tyrannicide, or whether magical incantations are equivalent to the crime of poisoning. In all these cases there is no doubt about the facts, for it is well known that there is a difference between killing oneself and killing another, between slaying a tyrant and forcing him to suicide, between employing incantations and administering a deadly draught, but we enquire whether we are justified in calling them by the same name.

Though I hardly like to differ from Cicero,<sup>1</sup> who follows many authorities in saying that definition is concerned with identity and difference (since he who denies the applicability of one term must always produce another term which he regards as preferable), for my own part I consider that definition falls into three types, which I may perhaps call *species*. For at times it is convenient merely to

venit solum<sup>1</sup> quaerere, an hoc sit, ut an adulterium in lupanari. Cum hoc negamus, non necesse est dicere quid id vocetur, quia totum crimen infitiamur. Interim quaeritur, hoc an hoc; furtum an sacrilegium. Non quin sufficiat non esse sacrilegium, sed quia necesse sit dicere quid sit aliud; quo in loco utrum-  
 10 que finiendum est. Interim quaeritur in rebus specie diversis, an et hoc et hoc eodem modo sit appellandum, cum res utraque habet suum nomen, ut amatorium, venenum. In omnibus autem huius generis litibus quaeritur, an etiam hoc, quia nomen de quo ambigitur utique in alia re certum est. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere: an et privatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire: an et in lupanari? Tyrannicidium occidere tyrannum: an et  
 11 in mortem compellere? Ideoque συλλογισμὸς, de quo postea dicam, velut infirmior est finitio, quia in hac quaeritur, an idem sit huius rei nomen quod alterius, illo, an proinde habenda sit haec atque illa.  
 12 Est et talis finitionum<sup>2</sup> diversitas, ut qui idem sentiant, non iisdem verbis comprehendant: ut

<sup>1</sup> solum, *Zumpt*: suum, *AG*.

<sup>2</sup> finitionum, *Regius*: divisionum, *MSS*.

enquire whether one particular term is applicable to a given thing, as in the question whether an act committed in a brothel is adultery. If we deny that it is adultery, there is no need to state what it should be called, since we have given a total denial to the charge. Secondly, there are occasions when the question is which of two terms is to be applied to a thing, as in the question whether an act is theft or sacrilege. It may be sufficient for the defence that it is not sacrilege, but it is still necessary to show what else it is, and therefore we must define both. Thirdly, there are times when the question 10 concerns things which are different in species, and we ask whether two different things are to be called by the same name, in spite of the fact that each has a special name of its own: for example, is the same name applicable both to a love-potion and a poison? <sup>1</sup> But in all disputes of this kind the question is whether one thing is another thing as well, since the name in doubt does without question apply to something else. It is sacrilege to steal a sacred object from a temple; is it also sacrilege to steal private property from a temple? It is adultery to lie with another man's wife in one's own house; is it adultery to do so in a brothel? It is tyrannicide to slay a tyrant; is it tyrannicide to force him to slay himself? Consequently the syllogism, to which 11 I shall return later, is virtually a weaker form of definition, since while definition seeks to determine whether one thing has the same name as another, syllogism seeks to determine whether one thing is to be regarded as identical with another. There is 12 moreover great variety in definitions. For instance, persons will give different verbal expression to

rhetorice bene dicendi scientia, et eadem bene inveniendi et bene enuntiandi et dicendi secundum virtutem orationis et dicendi quod sit officii. Atque providendum ut, si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant. Sed de his disputatur, non liti-  
 13 gatur. Opus est aliquando finitione obscurioribus et ignotioribus verbis ut, quid sit clarigatio, erectum citum;<sup>1</sup> interim notis nomine verbis,<sup>2</sup> quid sit penus, quid litus.

Quae varietas efficit, ut eam quidam coniecturae, quidam qualitati, quidam legitimis quaestionibus  
 14 subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis haec et ad morem dialecticorum formata conclusio, ut in disputationibus potius arguta<sup>3</sup> verborum cavillatrix quam in oratoris officio multum adlatura momenti. Licet enim valeat in sermone tantum, ut constrictum vinculis suis eum qui responsurus est vel tacere vel etiam invitum id quod sit contra cogat fateri, non eadem est tamen eius in  
 15 causis utilitas. Persuadendum enim iudici est, qui etiamsi verbis devinctus est, tamen, nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. Agenti vero quae tanta est huius praecisae comprehensionis necessitas? An, si non dixerò, *Homo est animal mortale rationale*, non potero, expositis tot corporis animique proprie-

<sup>1</sup> erectum citum, *Halm*: erectus citus, *A*: ercet ut, *G*.

<sup>2</sup> verbis, *early edd.*: videbis, *AG*.

<sup>3</sup> arguta, *Zumpt*: argumenta, *AG*.

---

<sup>1</sup> A formal demand for redress under threat of war.

<sup>2</sup> An undivided inheritance.

<sup>3</sup> Store of provisions.

<sup>4</sup> Shore, see v. xiv. 34, where its derivation is explained as *qua fluctus eludit*.

things about which they are really in agreement: thus rhetoric is defined as the science of *speaking well*, as the science of *correct conception* or *correct expression* of what we have to say, as the science of *speaking in accordance with the excellence of an orator* and again of *speaking to the purpose*. And we must take care to discover how it is that definitions, identical in meaning, differ in the form in which they are expressed. However, this is a subject for discussion and not for a quarrel. Definition is sometimes required to explain rare or obscure words such as *clarigatio*<sup>1</sup> or *erctum citum*,<sup>2</sup> or again to explain familiar words such as *penus*<sup>3</sup> or *litus*.<sup>4</sup> 13

This variety in definition has caused some writers to include it under conjecture, others under quality and others again under legal questions. Some, on the other hand, entirely reject the elaborate and formal methods of reasoning employed by dialectic, regarding such ingenuity as suited rather to quibbles over words in philosophical discussions than as likely to carry much weight in the performance of the duties of an orator. For though in dialogue definition may serve to fetter the person who has got to reply in chains of his own making, or may force him to silence, or even to reluctant confession of a point which tells against himself, it is of less use in forensic cases. For there we have to persuade the judge, who, even though he may be tied and bound with our words, will still dissent in silence, unless he is brought really into touch with the actual facts. And what need has a pleader for such precision of definition? Even if I do not say that man is an animal, mortal and rational, surely I shall still be able, by setting forth the numerous properties of his 14 15

tatibus, latius oratione ducta, vel a dis eum vel a  
 16 mutis discernere? Quid quod nec uno modo defini-  
 tur res eadem (ut facit Cicero: *quid est enim vulgo?  
 universos*) et latiore varioque tractatu, ut omnes  
 oratores plerumque fecerunt? Rarissima enim apud  
 eos reperitur illa ex consuetudine philosophorum  
 ducta servitus [est certa servitus],<sup>1</sup> ad certa se verba  
 adstringendi, idque faciendum in libris Ciceronis de  
 17 Oratore vetat M. Antonius. Nam est etiam pericu-  
 losum, cum, si uno verbo sit erratum, tota causa  
 cecidisse videamur; optimaque est media illa via,  
 qua utitur Cicero pro Caecina, ut res proponatur,  
 verba non periclitentur. *Etenim, recuperatores, non  
 ea sola vis est quae ad corpus nostrum vitamque pervenit,  
 sed etiam multo maior ea quae periculo mortis iniecto  
 formidine animum perterritum loco saepe et certo statu  
 18 demovel.* Aut, cum finitionem praecedat probatio,  
 ut in Philippicis Cicero Servium Sulpicium occisum  
 ab Antonio colligit et in clausula demum ita finit:  
*Is enim profecto mortem attulit qui causa mortis fuit.*  
 21 Non negaverim tamen haec quoque, ut expediet  
 causae, esse facienda, et si quando firme comprehendi  
 poterit brevi complexu verborum finitio, esse id tum

<sup>1</sup> Expunged by Halm.

<sup>1</sup> Pro Mur. xxxv. 73.

<sup>2</sup> II xxv. 108 sqq.

<sup>3</sup> xv. 42.

<sup>4</sup> IX. iii. 7.



body and mind in more general terms, to distinguish him from gods or dumb beasts. Again, may not the same thing be defined in more than one way, as Cicero does when he says, "What do we mean when we say 'commonly': surely we mean 'by all men'?"<sup>1</sup> May it not be given a wide and varied treatment such as is frequently employed by all orators? For it is rare to find orators falling victims to that form of slavery introduced from the practice of the philosophers and tying themselves down to certain definite words; indeed it is absolutely forbidden by Marcus Antonius in the *de Oratore*<sup>2</sup> of Cicero. For it is a most dangerous practice, since, if we make a mistake in a single word, we are like to lose our whole case, and consequently the compromise adopted by Cicero in the *pro Caecina*<sup>3</sup> is the safest course to follow; this consists in setting forth the facts without running any risks over the exactness of our terminology. These are his words: "Judges, the violence which threatens our lives and persons is not the only kind of violence: there is a much more serious form which by the threat of death fills our minds with panic and often turns them from their natural condition of stability." Or again, we may prove before we define, as Cicero does in the *Philippics*,<sup>4</sup> where he proves that Servius Sulpicius was killed by Antony and introduces his definition at the conclusion in the following terms:—"For assuredly the murderer was he who was the cause of his death." I would not, however, deny that such rules should be employed, if it will help our case, and that, if we can produce a definition which is at once strong and concise, it will be not merely an ornament to our speech, but will also produce the strongest im-

## QUINTILIAN

elegans tum etiam fortissimum, si modo erit illa inexpugnabilis.

- 19 Eius certus ordo est, quid sit, an hoc sit. Et in hoc fere labor maior est, ut finitionem confirmes, quam ut in rem finitionem applies. In eo, quid sit, duplex opus est. Nam et nostra confirmanda est et  
 20 adversae partis destruenda finitio. Ideoque in schola, ubi nobis ipsi fingimus contradictionem, duos ponere debemus fines, quales utrinque esse optimi poterunt. At in foro providendum, num forte supervacua et nihil ad causam pertinens an ambigua an contraria an communis sit finitio; quorum nihil accidere nisi  
 21 agentis culpa potest. Ut recte autem finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus quid velimus efficere. Sic enim accommodari ad voluntatem verba poterunt. Atque ut a notissimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus: *Qui privatam pecuniam*  
 22 *de templo surripuit, sacrilegii reus est.* Culpa manifesta est; quaestio est an huic crimini nomen quod est in lege conveniat. Ergo ambigitur an hoc sacrilegium

---

<sup>1</sup> *i. e.* the thing under consideration.

pression, provided always that it cannot be overthrown.

The order to be followed in definition is invariable. 19  
 We first ask *what* a thing is, and then, whether it is  
*this*.<sup>1</sup> And there is generally more difficulty in the  
 establishment than in the application of a definition.  
 In determining what a thing is, there are two things  
 which require to be done: we must establish our  
 own definition and destroy that of our opponent.  
 Consequently in the schools, where we ourselves 20  
 imagine our opponent's reply, we have to introduce  
 two definitions, which should suit the respective  
 sides of the case as well as it is in our power to  
 make them. But in the courts we must give careful  
 consideration to the question whether our definition  
 may not be superfluous and irrelevant or ambiguous  
 or inconsistent or even of no less service to our  
 opponents than to ourselves, since it will be the  
 fault of the pleader if any of these errors occur. On  
 the other hand, we shall ensure the right definition, 21  
 if we first make up our minds what it is precisely  
 that we desire to effect: for, this done, we shall be  
 able to suit our words to serve our purpose. To  
 make my meaning clearer, I will follow my usual  
 practice and quote a familiar example. "A man  
 who has stolen private money from a temple is  
 accused of sacrilege." There is no doubt about his 22  
 guilt; the question is whether the name given by  
 the law applies to the charge. It is therefore  
 debated whether the act constitutes sacrilege. The  
 accuser employs this term on the ground that the  
 money was stolen from a temple: the accused denies  
 that the act is sacrilege, on the ground that the  
 money stolen was private property, but admits that

- sit? Accusator, quia de templo surrepta sit pecunia, utitur hoc nomine. Reus, quia privatam surripuerit, negat esse sacrilegium sed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet, *Sacrilegium est surripere aliquid de sacro*; Reus, *Sacrilegium est surripere aliquid*<sup>1</sup> *sacri.*
- 23 Uterque finitionem alterius impugnat. Ea duobus generibus evertitur, si aut falsa est aut parum plena. Nam illud tertium nisi stultis non accidit, ut nihil
- 24 ad quaestionem pertineat. [Falsa est, si dicas, *Equus animal rationale*; nam est equus animal sed irrationale. Quod autem commune cum alio est, desinet esse proprium.]<sup>2</sup> Hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris, accusator autem non potest dicere falsam rei; nam est sacrilegium *surripere aliquid sacri*; sed dicit parum plenam, adiciendum enim *aut ex sacro.*
- 25 Maximus autem usus in approbando refellendoque fine priorum ac differentium, nonnunquam etiam etymologiae. Quae tamen omnia, sicut in ceteris, confirmat aequitas, nonnunquam et coniectura mentis. Etymologia maxime rare est: *Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor*
- 26 *oriatur? Unde etiam nomen ductum est tumultus.* Circa propria ac differentia magna subtilitas, ut cum quae-

<sup>1</sup> de sacro . . . aliquid, added by early editors.

<sup>2</sup> Falsa . . . proprium, expunged by Gesner.

---

<sup>1</sup> Conjecture is here used in the ordinary sense, not the technical.

<sup>2</sup> Cic. *Phil.* VIII. i. 3. *Tumultus* is here used by Cicero in its special sense, civil war or Gallic invasion. He derives it from *timor multus*. <sup>3</sup> *cp.* III. vii 25.

it is theft. The prosecutor will therefore give the following definitions, "It is sacrilege to steal anything from a sacred place." The accused will reply with another definition, "It is sacrilege to steal something sacred." Each impugns the other's definition. A definition may be overthrown on two 23 grounds: it may be false or it may be too narrow. There is indeed a possible third ground, namely irrelevance, but this is a fault which no one save a fool will commit. [It is a false definition if you say, 24 "A horse is a rational animal," for though the horse is an animal, it is irrational. Again, a thing which is common to something else cannot be a property of the thing defined.] In the case under discussion, then, the accused alleges that the definition given by the accuser is false, whereas the accuser cannot do the same by his opponent's definition, since to steal a sacred object is undoubtedly sacrilege. He therefore alleges that the definition is too narrow and requires the addition of the words "or from a sacred place." But the most effective method of 25 establishing and refuting definitions is derived from the examination of properties and differences, and sometimes even from considerations of etymology, while all these considerations will, like others, find further support in equity and occasionally in conjecture.<sup>1</sup> Etymology is rarely of assistance, but the following will provide an example of its use. "For what else is a 'tumult' but a disturbance of such violence as to give rise to abnormal alarm? And the name itself is derived from this fact."<sup>2</sup> Great 26 ingenuity may be exercised with regard to properties and differences, as for instance in the question whether a person assigned to his creditor for debt,<sup>3</sup>

ritur an addictus, quem lex servire, donec solverit, iubet, servus sit. Altera pars finit ita, *Servus est, qui est iure in servitute*; altera, *qui in servitute est eo iure, quo servus*, aut, ut antiqui dixerunt, *qui servitutem servit*. Quae finitio, etiamsi distat aliquo, nisi tamen  
 27 propriis et differentibus adiuvatur, inanis est. Dicit enim adversarius, servire eum servitutem aut eo iure quo servum. Videamus ergo propria et differentia, quae libro quinto leviter in transitu attigeram. Servus, cum manumittitur, fit libertinus, addictus recepta libertate ingenuus; servus invito domino libertatem non consequetur, addictus soluendo citra voluntatem domini consequetur:<sup>1</sup> ad servum nulla lex pertinet, addictus legem habet. Propria liberi, quod nemo habet nisi liber, praenomen, nomen, cognomen, tribum; habet haec addictus.

28 Excusso quid sit, prope peracta est quaestio, an hoc sit. Id enim agimus ut sit causae nostrae conveniens finitio. Potentissima est autem in ea qualitas, an amor insania. Huc pertinebunt probationes, quas  
 addictus . . . consequetur, *added by Regius.*

---

<sup>1</sup> v. x. 60.

*Quantity* also, as I have already stated,<sup>2</sup> falls as a 41 rule, though not always, under the head of *quality*, whether it is concerned with measure or number. Measure, however, sometimes consists in the valuation of a deed with a view to determining the amount of guilt or the amount of benefit involved, while, on the other hand, it sometimes turns on a point of law, when the dispute is under what law a man is to be punished or rewarded. For example is a 42 ravisher to pay 10,000 sesterces<sup>3</sup> because that is the penalty appointed by law, or is he liable to capital punishment as a murderer because his victim hanged himself? In such cases those who plead as if there were a question between two laws, are wrong: for there is no dispute about the fine of 10,000, since it is not claimed by the prosecution. The 43 point on which judgment has to be delivered is whether the accused is guilty of causing his victim's death. The same type of case will also bring *conjecture* into play, when, for example, the question in dispute is whether the accused shall be punished with banishment for life or for five years. For the question then is whether he caused his death willingly or not. Again, there are questions con- 44 cerned with numerical quantity which turn on a point of law, such as the questions whether thirty

## QUINTILIAN

ducitur, pendet ex iure, an Thrasybulo triginta praemia debeantur, et, cum duo fures pecuniam abstulerint, separatim quadruplum quisque an duplum debeat. Sed hic quoque factum aestimatur et, tamen ius ipsum pendet ex qualitate.

V. Qui neque fecisse se negabit neque aliud esse quod fecerit dicet neque factum defendet, necesse est in suo iure consistat, in quo plerumque actionis est quaestio. Ea non semper, ut quidam putaverunt, iudicium antecedit, qualia sunt praetorum curiosa consilia, cum de iure accusatoris ambigitur; sed in 2 ipsis iudiciis frequentissime versatur. Est autem<sup>1</sup> duplex eius disceptationis condicio, quod aut intentio aut praescriptio habet controversiam. Ac fuerunt, qui praescriptionis statum facerent, tanquam ea non iisdem omnibus quibus ceterae leges quaestionibus 3 contineretur. Cum ex praescriptione lis pendet, de ipsa re quaeri non est necesse. Ignominioso filius praescribit: de eo solo<sup>2</sup> iudicatio est, an liceat. Quotiens tamen poterimus, efficiendum est, ut de re quoque iudex bene sentiat; sic enim iuri nostro

<sup>1</sup> autem, *Spalding*: enim, *MSS.*

<sup>2</sup> solo, *Regius*: loco, *G*: colo, *A.*

---

<sup>1</sup> *i. e.* for his overthrow of the thirty tyrants; *cp.* III. vi. 26.

<sup>2</sup> *cp.* III. vi. 72.



rewards are due to Thrasybulus,<sup>1</sup> or whether, when two thieves have stolen a sum of money, they are each to be required to refund fourfold or twofold. But in these cases, too, valuation of the act is necessary, and yet the point of law also turns on *quality*.

V. He who neither denies nor defends his act nor asserts that it was of a different nature from that alleged, must take his stand on some point of law that tells in his favour, a form of defence which generally turns on the legality of the action brought against him. This question is not, however, as some <sup>2</sup> have held, always raised before the commencement of the trial, like the elaborate deliberations of the praetor when there is a doubt as to whether the prosecutor has any legal standing, but frequently comes up during the course of the actual trial. Such discussions fall into two classes, according as the point in dispute arises from an argument advanced by the prosecution or from some *prescription*<sup>2</sup> (or demurrer) put forward by the defence. There have indeed been some writers who have held that there is a special *prescriptive basis*; but *prescription* is covered by precisely the same questions that cover all other laws. When the dispute turns on *prescription*, there <sup>3</sup> is no need to enquire into the facts of the case itself. For example, a son puts forward a demurrer against his father on the ground that his father has forfeited his civil rights. The only point which has to be decided is whether the demurrer can stand. Still, wherever possible, we should attempt to create a favourable impression in the judge as to the facts of the case as well, since, if this be done, he will be all the more disposed to give an indulgent hearing

## QUINTILIAN

libentius indulgebit, ut in sponsionibus, quae ex interdictis fiunt, etiamsi non proprietatis est quaestio sed tantum possessionis, tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse docere oportebit.

4 Sed frequentius etiam quaeritur de intentione. *Vir fortis optet, quod volet.* Nego illi dandum, quidquid optaverit: non habeo praescriptionem, sed tamen voluntate contra verba praescriptionis modo utor. In utroque autem genere status iidem sunt.

5 Porro lex omnis aut tribuit aut adimit aut punit aut iubet aut vetat aut permittit. Litem habet aut propter se ipsam aut propter alteram, quaestionem

6 aut in scripto aut in voluntate. Scriptum aut apertum est aut obscurum aut ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi volo de testamentis; pactis, stipulationibus, omni denique scripto, idem de voce. Et quoniam quattuor eius generis quaestiones vel status facimus, singulos percurram.

VI. Scripti et voluntatis frequentissima inter consultos quaestio est, et pars magna controversi iuris hinc pendet; quo minus id accidere in scholis mirum est, ubi etiam ex industria fingitur. Eius genus unum est, in quo et de scripto et de voluntate

---

<sup>1</sup> *sponsio* (= wager) was a form of suit in which the litigant promised to pay a sum of money if he lost his case. The *interdict* was an order issued by the praetor commanding or prohibiting certain action. It occurred chiefly in disputes about property.

<sup>2</sup> *i.e.* an imaginary law of the schools of rhetoric.

to our point of law: for example, in actions taking the form of a wager and arising out of interdicts,<sup>1</sup> even though the question is concerned solely with actual possession, the question as to the right to possession not being raised, it will be desirable to prove not merely that the property was actually in our possession, but that it was ours to possess. On 4 the other hand, the question more frequently turns on intention. Take the law<sup>2</sup> "Let a hero choose what reward he will." I deny that he is entitled to receive whatever he chooses. I cannot put forward any formal demurrer, but none the less I use the intention as against the letter of the law just as I should use a demurrer. In both cases the *basis* is the same.

Moreover every law either gives or takes away,<sup>5</sup> punishes or commands, forbids or permits, and involves a dispute either on its own account or on account of another law, while the question which it involves will turn either on the letter or the intention. The letter is either clear or obscure or ambiguous.<sup>6</sup> And what I say with reference to laws will apply equally to wills, agreements, contracts and every form of document; nay, it will apply even to verbal agreements. And since I have classified such cases under four *questions* or *bases*, I will deal with each in turn.

VI. Lawyers frequently raise the question of the letter and the intention of the law, in fact a large proportion of legal disputes turn on these points. We need not therefore be surprised that such questions occur in the schools as well, where they are often invented with this special purpose. One form of this kind of question is found in cases where the enquiry turns both on the letter and the spirit

## QUINTILIAN

2 quaeritur. Id tum accidit, cum est in lege aliqua obscuritas. In ea aut uterque suam interpretationem confirmat, adversarii subvertit: ut hic, *Fur quadruplum solvat. Duo surripuerunt pariter decem milia; petuntur ab utroque quadragena; illi postulant, ut vicena conferant;* nam et actor dicit hoc esse quadruplum quod petat, et rei hoc quod offerant; voluntas quoque

3 utrinque defenditur. Aut, cum de altero intellectu certum est, de altero dubium: *Ex meretrice natus ne contionetur. Quae filium habebat, prostare coepit: prohibetur adolescens contione.* Nam de eius filio, quae ante partum meretrix fuit, certum est: an eadem huius causa sit, dubium est, quia ex hac natus est,

4 antequam meretrix esset.<sup>1</sup> Solet et illud quaeri, quo referatur, quod scriptum est, *Bis de eadem re ne sit actio;* id est, hoc *bis* ad actorem an ad actionem? Haec ex iure obscuro.

Alterum genus est ex manifesto; quod qui solum viderunt, hunc statum plani et voluntatis appellarunt. In hoc altera pars scripto nititur, altera voluntate.

<sup>1</sup> antequam . . . esset, *Regius*: et haec . . . est, *MSS.*

of a law. Such questions arise when the law presents : 2  
 some obscurity. Under these circumstances both  
 parties will seek to establish their own interpretation  
 of the passage and to overthrow that advanced by  
 their opponent. Take for example the following  
 case. "A thief shall refund four times the amount  
 of his theft. Two thieves have jointly stolen 10,000  
 sesterces. 40,000 are claimed from each. They  
 claim that they are liable only to pay 20,000 each."  
 The accuser will urge that the sum which he claims  
 is fourfold the amount stolen; the accused will urge  
 that the sum which they offer to pay is fourfold.  
 The intention of the law will be pleaded by both  
 parties. On the other hand, the dispute may turn 3  
 on a passage of the law which is clear in one sense  
 and doubtful in another. "The son of a harlot shall  
 not address the people. A woman who had a son  
 became a prostitute. The youth is forbidden to  
 address the people." Here there is no doubt about  
 the son of one who was a prostitute before his birth,  
 but it is doubtful whether the law applies to the case  
 of one born before his mother became a prostitute.  
 Another question which is not infrequently raised is 4  
 as to the interpretation of the law forbidding an action  
 to be brought twice on the same dispute, the problem  
 being whether the word *twice* refers to the prosecutor  
 or the prosecution. Such are the points arising out  
 of the obscurity of the law.

A second form of question turns on some passage  
 where the meaning is clear. Those who have given  
 exclusive attention to this class of question call it  
 the *basis concerned with the obvious expression of the  
 law and its intention*. In such circumstances one  
 party will rest their case on the letter, the other

## QUINTILIAN

5 Sed contra scriptum tribus generibus occurritur.

Unum est, in quo ipso patet, semper id servari non posse: *Liberi parentes alant aut vinciantur*; non enim adligabitur infans. Hic erit ad alia transitus, et divisio, num quisquis non aluerit, num hic propter

6 hoc. Secundum<sup>1</sup> tale genus controversiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est, quaerendum est.<sup>2</sup> *Peregrinus, si murum ascenderit, capite puniatur.*

*Cum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit;*  
7 *petitur ad supplicium.* Non erunt hic separatae quaestiones, an quisquis, an hic, quia nullum potest adferri argumentum contra scriptum vehementius eo quod in lite est; sed hoc tantum, an ne servandae quidem civitatis causa. Ergo aequitate et voluntate pugnandum. Fieri tamen potest, ut ex aliis legibus exempla ducamus, per quae appareat semper stari scripto non posse, ut Cicero pro Caecina fecit.

8 Tertium, cum in ipsis verbis legis reperimus aliquid, per quod probemus aliud legumlatorem voluisse, ut

<sup>1</sup> Secundum, *Christ*: quidam, *MSS.*

<sup>2</sup> est, *Halm*: sit, *MSS.*

on the intention of the law. There are three 5  
 different methods in which we may combat the letter.  
 The first comes into play where it is clear that it is  
 impossible always to observe the letter of the law.  
 "Children shall support their parents under penalty  
 of imprisonment." It is clear, in the first place, that  
 this cannot apply to an infant. At this point we  
 shall turn to other possible exceptions and distinguish  
 as follows. "Does this apply to everyone who refuses  
 to support his parent? Has this particular individual  
 incurred the penalty by this particular act?" The 6  
 second arises in scholastic themes where no argu-  
 ment can be drawn from the particular law, but the  
 question is concerned solely with the subject of the  
 dispute. "A foreigner who goes up on to the wall  
 shall be liable to capital punishment. The enemy  
 had scaled the wall and were driven back by a  
 foreigner. His punishment is demanded." In this 7  
 case we shall not have two separate questions,  
 namely, whether every foreigner who goes up on  
 the wall is liable to the penalty, and whether this  
 particular foreigner is liable, since no more forcible  
 argument can be brought against the application of  
 the letter of the law than the fact in dispute, but the  
 only question to be raised will be whether a foreigner  
 may not go on to the wall even for the purpose of  
 saving the city. Therefore we shall rest our case on  
 equity and the intention of the law. It is, however,  
 sometimes possible to draw examples from other laws  
 to show that we cannot always stand by the letter,  
 as Cicero did in his defence of Caecina. The third 8  
 method becomes operative when we find something  
 in the actual words of the law which enables us to  
 prove that the intention of the legislator was different.

## QUINTILIAN

in hac controversia: *Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, adligetur. Cum anulo ferreo inventum magistratus adligavit.* Hic quia est verbum in lege *deprehensus*, satis etiam significatum videtur, non contineri lege nisi noxium ferrum.

- 9 Sed ut qui voluntate nitetur scriptum, quotiens poterit, infirmare debet, ita, qui scriptum tuebitur, adiuvere se etiam voluntate temptabit. In testamentis et illa accidunt, ut voluntas manifesta sit, scriptum nihil sit: ut in iudicio Curiano, in quo nota  
 10 L. Crassi et Scaevolae fuit contentio. Substitutus heres erat, si postumus ante tutelae annos decessisset. Non est natus. Propinqui bona sibi vindicabant. Quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, ut is non nato filio heres esset, qui mortuo?  
 11 sed hoc non scripserat. Id quoque, quod huic contrarium est, accidit nuper, ut esset scriptum, quod appareret scriptorem noluisse. Qui sestertium nummum quinque milia legaverat, cum emendaret testamentum, sublatis sestertiis nummis, *argenti pondo* posuit, *quinque milia* manserunt. Apparuit tamen, *quinque pondo* dari voluisse, quia ille in argento legati  
 12 modus et inauditus erat et incredibilis. Sub hoc statu generales sunt quaestiones, scripto an voluntate

---

<sup>1</sup> About 384 sesterces go to the pound of silver.



The following theme will provide an example. "Anyone who is caught at night with steel in his hands shall be thrown into prison. A man is found wearing a steel ring, and is imprisoned by the magistrate." In this case the use of the word *caught* is sufficient proof that the word steel was only intended by the law in the sense of a weapon of offence.

But just as the advocate who rests his case on the intention of the law must wherever possible impugn the letter of the law, so he who defends the letter of the law must also seek to gain support from the intention. Again, in cases concerned with wills it sometimes happens that the intention of the testator is clear, though it has not been expressed in writing: an example of this occurs in the trial of Curius, which gave rise to the well-known argument between Lucius Crassus and Scaevola. A second heir had been appointed in the event of a posthumous son dying while a minor. No posthumous son was born. The next of kin claimed the property. Who could doubt that the intention of the testator was that the same man should inherit in the event of the son not being born who would have inherited in the event of his death? But he had not written this in his will. Again, the opposite case, that is to say, when what is written is obviously contrary to the intention of the writer, occurred quite recently. A man who had made a bequest of 5000 sesterces, on altering his will erased the word *sesterces* and inserted *pounds of silver*.<sup>1</sup> But it was clear that he had meant not 5000 but 5 pounds of silver, because the weight of silver mentioned in the bequest was unparalleled and incredible. The same *basis* includes such general questions as to whether we should stand by the

## QUINTILIAN

standum sit, quae fuerit scribentis voluntas; tractatus omnes qualitatis aut coniecturae, de quibus satis dictum arbitrator.

VII. Proximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium scriptores constitit, in antinomia duos esse scripti et voluntatis status; neque immerito; quia, cum lex legi obstat, et<sup>1</sup> utrinque contra scriptum dicitur et quaestio est de voluntate; in utraque id ambigitur, an utique illa  
2 lege sit utendum. Omnibus autem manifestum est nunquam esse legem legi contrariam iure ipso, quia, si diversum ius esset, alterum altero abrogaretur, sed eas casu collidi et eventu.

3 Colliduntur autem aut pares inter se, ut si optio tyrannicidae et viri fortis comparentur, utrique data quod velit petendi potestate; hic meritorum, temporis, praemii collatio est; aut secum ipsae, ut duorum fortium, duorum tyrannicidarum, duarum raptarum, in quibus non potest esse alia quaestio, quam temporis, utra prior sit, aut qualitatis, utra iustior sit petitio. Diversae quoque leges configunt  
4 aut similes aut impares.<sup>2</sup> Diversae, quibus etiam

<sup>1</sup> obstat et, *Halm*: obstet, *MSS*.

<sup>2</sup> aut impares. *Diversae*, *Christ*: ut duae, *AG*.

---

<sup>1</sup> See III. vi. 46.

<sup>2</sup> Both claiming the reward allotted by the law.

<sup>3</sup> Two women, both dishonoured by one man, put in different claims, both of which are provided for as alternatives in the same law. *A.* demands the ravisher's death, *B.* demands his hand in marriage.

letter or the intention of the document, and what was the purpose of the writer, while for the treatment of such questions we must have recourse to *quality* or *conjecture*, with which I think I have dealt in sufficient detail.

VII. The next subject which comes up for discussion is that of contrary laws.<sup>1</sup> For all writers of text-books are agreed that in such cases there are two *bases* involving the letter and the intention of the law respectively. This view is justified by the fact that, when one law contradicts another, both parties attack the letter and raise the question of intention, while the point in dispute, as regards each law, is whether we should be guided by it at all. But it is clear to everybody that one law cannot contradict another in principle (since if there were two different principles, one law would cancel the other), and that the laws in question are brought into collision purely by the accidents of chance. 2

When two laws clash, they may be of a similar nature, as for instance if we have to compare two cases in which a tyrannicide and a brave man are given the choice of their reward, both being granted the privilege of choosing whatever they desire. In such a case we compare the deserts of the claimants, the occasions of the respective acts and the nature of the rewards claimed. Or the same law may be in conflict with itself, as in the case where we have two brave men,<sup>2</sup> two tyrannicides<sup>2</sup> or two ravished women,<sup>3</sup> when the question must turn either on *time* (that is, whose claim has priority) or on *quality* (that is, whose claim is the more just). Again, we may have a conflict between diverse, similar or dissimilar laws. *Diverse* laws are those against which arguments 4

## QUINTILIAN

citra adversam legem contradici possit, ut in hac controversia: *Magistratus ab arce ne discedat; vir fortis optet quod volet: impunitatem magistratus petit.*<sup>1</sup>

Vel alia nulla obstante quaeri potest, vir fortis an, quidquid optarit, accipere debeat. Et in legem<sup>2</sup> magistratus multa dicentur, quibus scriptum expugnatur; si incendium in arce fuerit, si in hostes  
5 decurrendum. Similes, contra quas nihil opponi potest nisi lex altera: *Tyrannicidae imago in gymnasio ponatur; contra, Mulieris imago in gymnasio*<sup>3</sup> *ne ponatur. Mulier tyrannum occidit.* Nam neque mulieris imago ullo alio casu poni potest nec tyrannici-  
6 dae ullo alio casu summoverti. Impares sunt, cum alteri multa opponi possunt, alteri nihil nisi quod in lite est: ut cum vir fortis impunitatem desertoris petit. Nam contra legem viri fortis, ut supra

<sup>1</sup> vir fortis . . . petit, added by Christ: it is possible that no insertion is necessary, the heading *Magistratus . . . discedat* being considered by Q. as sufficient indication of a familiar theme.

<sup>2</sup> legem, added by Halm.

<sup>3</sup> ponatur; contra . . . gymnasio, added by Regius.

may be brought without reference to any contradictory law. The following theme will provide an example. "A magistrate shall not quit the citadel. One who has rendered heroic service to his country may choose what reward he pleases. A magistrate who left his post and saved his country, demands an amnesty for his conduct." In this case, even though there be no other law covering the case, we may raise the question whether a hero ought to be granted anything he chooses to claim. Again, many conclusive arguments may be brought against the letter of the law restricting the movements of the magistrate: for example, a fire may have broken out in the citadel, or a sally against the enemy may have been necessary. Laws are styled *similar* when nothing can be opposed to one except the other. 5  
 "Tyrannicides shall have their statues set up in the gymnasium. A statue of a woman shall not be set up in the gymnasium. A woman killed a tyrant." Here are two conflicting laws: for a woman's statue cannot under any other circumstances be erected in the gymnasium, while there is no other circumstance which can bar the erection of the statue of a tyrannicide in the gymnasium. Laws are styled 6  
*dissimilar* when many arguments can be urged against one, while the only point which can be urged against the other is the actual subject of dispute. An example is provided by the case in which a brave man demands the pardon of a deserter as his reward. For there are many arguments, as I have shown above, which can be urged against the law permitting a hero to choose whatever reward he will, but the letter of the law dealing with the crime of desertion cannot be overthrown under any circum-

## QUINTILIAN

ostendi, multa dicuntur; adversus desertores scripta non potest nisi optione subverti.

7 Item aut confessum ex utraque parte ius est aut dubium. Si confessum est, haec fere quaeruntur, utra lex potentior; ad deos pertineat an ad homines, rem publicam an privatos, de honore an de poena, de magnis rebus an de parvis; permittat an vetet an  
 8 imperet. Solet tractari et, utra sit antiquior, sed velut potentissimum, utra minus perdat; ut in desertore et viro forti, quod illo non occiso lex tota tollatur, occiso, sit reliqua viro forti alia optio. Plurimum tamen est in hoc, utrum fieri sit melius atque aequius; de quo nihil praecipitur nisi proposita  
 9 materia potest. Si dubium, aut alteri aut invicem utrique de iure fit controversia, ut in re tali: *Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit; liberti heredem sequantur. Liberti filium quidam fecit heredem: invicem petitur manus iniectio;* et pater dicit sibi ius in filium esse, et patronus<sup>1</sup> negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit.

<sup>1</sup> dicit . . . et patronus, *added by Halm.*

BOOK VII. VII. 6-9

stances save the choice of rewards to which I have just referred.

Again, the point of law is either admitted by both parties or disputed. If it be admitted, the questions which are raised will as a rule be such as the following. Which of the two laws is the most stringent? Does it concern gods or men, the state or private individuals, reward or punishment, great things or small? Does it permit, forbid or command? Another common question is which of the two laws is the oldest; but the most important question is which of the two laws will suffer less by its contravention, as for example in the case of the hero and the deserter just mentioned, in which case, if the deserter is not put to death, the whole law is ignored, whereas, if he be put to death, the hero will still have another choice left open to him. It is, however, of the utmost importance to consider which course is best from the point of view of morality and justice, a problem for the solution of which no general rules can be laid down, as it will depend on the special circumstances of the case. If, on the other hand, the point of law is disputed, either one party or both in turn will argue the point. Take the following case as an example. "A father shall be empowered to arrest his son, and a patron to arrest his freedman. Freedmen shall be transferred to their patron's heir. A certain man appointed the son of a freedman as his heir. The son of the freedman and the freedman himself both claim the right to arrest the other." Here the father claims his right over the son, while the son, in virtue of his new position as patron, denies that his father possessed the rights of a father, because he was in the power of his patron.

10 Duplices leges sicut duae colliduntur: ut *Nothus ante legitimum natus, legitimus sit; post legitimum, tantum civis.* Quod de legibus, idem de senatus-consultis dictum; quae si aut inter se pugnent aut obstent legibus, non tamen aliud sit eius status nomen.

VIII. Syllogismus habet aliquid simile scripto et voluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur, sed hoc interest, quod illic dicitur contra scriptum, hic supra scriptum; illic qui verba defendit, hoc agit ut fiat utique quod scriptum est; hic, ne aliud quam scriptum est. Ei nonnulla etiam cum finitione coniunctio: nam saepe, si finitio 2 infirma est, in syllogismum delabitur. Sit enim lex: *Venefica capite puniatur. Saepe se verberanti marito uxor amatorium<sup>1</sup> dedit; eundem repudiavit; per propinquos rogata ut rediret non est reversa; suspendit se maritus. Mulier veneficij rea est.* Fortissima est actio dicentis amatorium venenum esse. Id erit finitio; quod si parum valebit, fiet syllogismus, ad quem, velut

<sup>1</sup> se verberanti marito uxor amatorium, *Victor* (p. 373, II.): severantia moritorium, *G*: se . . . rantis maritorium, *A*.

<sup>1</sup> See III. vi. 96.

<sup>2</sup> See III. vi. 43 sqq.



Laws containing two provisions may conflict with 10 themselves in exactly the same way as two laws may conflict. The following will serve as an illustration. "The bastard born before a legitimate son shall rank as legitimate, the bastard born after the legitimate son shall only rank as a citizen."<sup>1</sup> All that I have said about laws will also apply to decrees of the senate. If decrees of the senate conflict with one another or with the laws, the *basis* will be the same as if laws only were concerned.

VIII. The *sylogistic basis*<sup>2</sup> has some resemblance to the *basis* concerned with the *letter and intention of the law*, since whenever it comes into play, one party rests his case on the letter: there is, however, this difference between the two *bases*, that in the latter we argue against the letter, in the present beyond the letter, while in the latter the party defending the letter aims at securing that in any case the letter may be carried into effect, whereas in the present his aim will be to prevent anything except the letter being carried into effect. The *sylogism* is sometimes employed in conjunction with *definition*: for often if the definition be weak it takes refuge in the *sylogism*. Assume a law to run as follows: "A woman who is 2 a poisoner shall be liable to capital punishment. A wife gave her husband a love-potion to cure him of his habit of beating her. She also divorced him. On being asked by her relatives to return to him, she refused. The husband hung himself. The woman is accused of poisoning." The strongest line for the accuser to take will be to assert that the love-potion was a poison. This involves definition. If it proves weak, we shall have recourse to the *sylogism*, to which we shall proceed after virtually

## QUINTILIAN

remissa priore contentione, veniemus, an proinde puniri debeat, ac si virum veneno necasset?

- 3 Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est id quod incertum est; quod quoniam ratione colligitur, ratiocinativus dicitur. In has autem fere species venit an, quod semel ius est, idem et saepius. *Incesti damnata et praecipitata de saxo vixit; repetitur.* An, quod in uno, et in pluribus. *Qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo praemia petit.* An
- 4 quod ante, et postea. *Raptor profugit, rapta nupsit, reverso illo petit optionem.* An, quod in toto, idem in parte. *Aratrum accipere pignori non licet, vomerem accepit.* An, quod in parte, idem in toto. *Lanas*
- 5 *evchere Tarento non licet, oves evexit.* In his syllogismus et scripto nititur; nam satis cautum esse dicit. *Postulo, ut praecipitetur incesta; lex est; et rapta*

<sup>1</sup> See III. vi. 43, 61.

<sup>2</sup> i. e. the death of the ravisher, see n. on VII. vii. 3.

dropping our previous argument, and which we shall employ to decide the question whether she does not deserve to be punished for administering the love-potion no less than if she had caused her husband's death by poison.

The *syillogistic basis*, then, deduces from the letter 3  
of the law that which is uncertain; and since this conclusion is arrived at by reason, the *basis* is called *ratiocinative*.<sup>1</sup> It may be subdivided into the following *species* of question. If it is right to do a thing once, is it right to do it often? Example: "A priestess found guilty of unchastity is thrown from the Tarpeian rock and survives. It is demanded that she shall be thrown down again." If the law grants a privilege with reference to one thing, does it grant it with reference to a number? Example: "A man kills two tyrants together and claims two rewards." If a thing is legal before a certain 4  
occurrence, is it legal after it? Example: "The ravisher took refuge in flight. His victim married. The ravisher returned and the woman demands to be allowed her choice."<sup>2</sup> Is that which is lawful with regard to the whole, lawful with regard to a part? Example: "It is forbidden to accept a plough as security. He accepted a ploughshare." Is that which is lawful with regard to a part, lawful with regard to the whole? Example: "It is forbidden to export wool from Tarentum: he exported sheep." In all these cases the syllogism rests on the letter of 5  
the law as well: for the accuser urges that the provisions of the law are precise. He will say, "I demand that the priestess who has broken her vows be cast down: it is the law," or "The ravished woman demands the exercise of the

## QUINTILIAN

*optionem petit, et in ore lanæ sunt, similiter alia.*

6 Sed quia responderi potest, *non est scriptum, ut bis præcipitur damnata, ut quandoque rapta optet, ut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de vomere cautum, nihil de ovibus*: ex eo, quod manifestum est, colligitur quod dubium est. Maioris pugnae est ex scripto ducere quod scriptum non est; an, quia hoc, et hoc.<sup>1</sup> *Qui patrem occiderit, culleo insuatur: matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat: ex tabernaculo eduxit.*

7 In hoc genere hæc quaeruntur, an, quotiens propria lex non est, simili sit utendum, an id de quo agitur ei de quo scriptum est simile sit. Simile autem et maius est et par et minus. In illo priore, an satis lege cautum sit, an, etsi parum cautum est, et hoc sit utendum. In utroque de voluntate legumlatoris. Sed de aequo tractatus potentissimi.

IX. Amphiboliae species sunt innumerabiles, adeo ut philosophorum quibusdam nullum videatur esse verbum quod non plura significet; genera admodum pauca; aut enim vocibus accidit singulis aut coniunctis.

<sup>1</sup> et hoc, added by 2nd hand of A.

choice permitted her by law," or "Wool grows on sheep," and so on. But to this we may reply, 6  
 "The law does not prescribe that the condemned woman should be thrown down twice, that the ravished woman should exercise her choice under all circumstances, that the tyrannicide should receive two rewards, while it makes no mention of ploughshares or of sheep." Thus we infer what is doubtful from what is certain. It is a more difficult task to deduce from the letter of the law that which is not actually prescribed by the letter, and to argue because that is the case, so also is this. Take the following problems. "The man who kills his father shall be sewn up in a sack. He killed his mother," or "It is illegal to drag a man from his own house into the court. He dragged him from his tent." 7  
 Under this heading come questions such as the following: if there is not a special law applicable to the case, ought we to have recourse to an analogous law? is the point in question similar to what is contained in the letter of the law? Now it should be noted that what is similar may be greater, equal or less. In the first case we enquire whether the provisions of the law are sufficient, or, if they are insufficient, whether we should have recourse to this other law. In both cases it is a question of the intention of the legislator. But the most effective form of treatment in such cases will be to appeal to equity.

IX. I turn to the discussion of *ambiguity*, which will be found to have countless species: indeed, in the opinion of certain philosophers, there is not a single word which has not a diversity of meanings. There are, however, very few *genera*, since ambiguity must occur either in a single word or in a group of words.

2 Singula adferunt errorem, cum pluribus rebus aut  
 hominibus eadem appellatio est (*ὁμωνυμία* dicitur),  
 ut *gallus*, avem an gentem an nomen an fortunam  
 corporis significet, incertum est; et *Aiax*, Telamonius  
 an Oilei filius. Verba quoque quaedam diversos  
 3 intellectus habent, ut *cerno*. Quae ambiguitas pluri-  
 mis modis accidit. Unde fere lites, praecipue ex  
 testamentis, cum de libertate aut etiam de heredi-  
 tate contendunt ii quibus idem nomen est, aut  
 4 quid sit legatum quaeritur. Alterum est, in quo  
 alia integro verbo significatio est, alia diviso, ut  
*ingenua* et *armamentum* et *Corvinum*, ineptae sane  
 cavillationis, ex qua tamen Graeci controversias  
 ducunt: inde enim *αὐλητρὶς* illa vulgata, cum quae-  
 ritur, utrum aula, quae ter ceciderit, an tibicina, si  
 5 ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex compositis,  
 ut si quis corpus suum in culto loco poni iubeat,  
 circaque monumentum multum agri ab heredibus in  
 tutelam cinerum, ut solent, leget, sit litis occasio  
 6 cultum locum dixerit an incultum.<sup>1</sup> Sic apud

<sup>1</sup> locum . . . incultum, *added by Zumpt.*

<sup>1</sup> See *or* decide *or* separate.

<sup>2</sup> *Ingenua*, a freeborn woman; *in genua*, on to the knees.  
*Armamentum*, equipment; *arma mentum*, arms, chin.  
*Corvinum*, acc. of name Corvinus; *cor vinum*, heart, wine.

Single words give rise to error, when the same 2  
 noun applies to a number of things or persons (the  
 Greeks call this *homonymy*): for example, it is un-  
 certain with regard to the word *gallus* whether it  
 means a cock or a Gaul or a proper name or an  
 emasculated priest of Cybele; while Ajax may refer  
 either to the son of Telamon or the son of Oileus.  
 Again, verbs likewise may have different meanings,  
 as, for example, *cerno*.<sup>1</sup> This ambiguity crops up in 3  
 many ways, and gives rise to disputes, more especially  
 in connexion with wills, when two men of the same  
 name claim their freedom or, it may be, an inheri-  
 tance, or again, when the enquiry turns on the precise  
 nature of the bequest. There is another form of 4  
 ambiguity where a word has one meaning when  
 entire and another when divided, as, for example,  
*ingenua*, *armamentum* or *Corvinum*.<sup>2</sup> The disputes  
 arising from such ambiguities are no more than  
 childish quibbles, but nevertheless the Greeks are  
 in the habit of making them the subject for con-  
 troversial themes, as, for example, in the notorious  
 case of the *αὔλητρίς*, when the question is whether  
 it is a hall which has fallen down three times (*αὔλη*  
*τρίς*) or a flute-player who fell down that is to be sold.  
 A third form of ambiguity is caused by the use of 5  
 compound words; for example, if a man orders his  
 body to be buried in a cultivated spot, and should  
 direct, as is often done, a considerable space of land  
 surrounding his tomb to be taken from the land left  
 to his heirs with a view to preserving his ashes from  
 outrage, an occasion for dispute may be afforded by  
 the question whether the words mean "in a culti-  
 vated place" (*in culto loco*) or "in an uncultivated  
 place" (*inculto loco*). Thus arises the Greek theme 6

Graecos contendunt Λέων et Πανταλέον, cum scriptura dubia est, bona omnia Λέοντι an bona Πανταλέοντι relicta sint.

In coniunctis plus ambiguitatis est. Fit autem per casus, ut

7 *Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.*

Per collocationem, ubi dubium est, quid quo referri oporteat, ac frequentissime, cum quidem medium est, cum utrinque possit trahi, ut de Troilo Vergilius, *Lora tenens tamen*. Hic, utrum teneat tamen lora an, quamvis teneat, tamen trahatur, quaeri potest.

8 Unde controversia illa, *Testamento quidam iussit poni statuam auream hastam tenentem*. Quaeritur, statua hastam tenens aurea esse debeat an hasta esse aurea in statua alterius materiae? Fit per flexum idem magis:

*Quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles.*

9 Saepe, utri duorum antecedentium sermo subiunctus sit, in dubio est: unde et controversia, *Heres*

<sup>1</sup> *i. e.* whether he wrote πάντα Λέοντι or Πανταλέοντι.

<sup>2</sup> Enn. *Ann.* 186. An ambiguous oracle quoted by Cicero (*de Div.* II. lvi.). It might equally mean that Rome or Pyrrhus would conquer. Cp. the oracle given to Croesus: "If thou cross the Halys, thou shalt destroy a mighty empire."

<sup>3</sup> *Aen.* i. 477.

<sup>4</sup> "Achilles slew fifty out of a hundred," or "a hundred out of fifty." Translated from a Greek line in Arist. *Soph.* *El.* i. 4. (πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἑκατὸν λίπε δῖος Ἀχιλλεύς). *Quinquaginta* is the object of *occidit*. Faulty reading might make it go with *ubi erant*, leaving *centum* as the object of *occidit*, and making nonsense of the line.



BOOK VII. ix. 6-9

about Leon and Pantaleon, who go to law because the handwriting of a will makes it uncertain whether the testator has left all his property to Leon or his property to Pantaleon.<sup>1</sup>

Groups of words give rise to more serious ambiguity. Such ambiguity may arise from doubt as to a case, as in the following passage:<sup>2</sup>—

“I say that you, O prince of Aeacus’ line,  
Rome can o’erthrow.”

Or it may arise from the arrangement of the words, which makes it doubtful what the exact reference of some word or words may be, more especially when there is a word in the middle of the sentence which may be referred either to what precedes or what follows, as in the line of Virgil<sup>3</sup> which describes Troilus as

*lora tenens tamen,*

where it may be disputed whether the poet means that he is still holding the reins, or that, although he holds the reins, he is still dragged along. The controversial theme, “A certain man in his will ordered his heirs to erect ‘*statuam auream hastam tenentem,*’” turns on a similar ambiguity; for it raises the question whether it is the statue holding the spear which is to be of gold, or whether the spear should be of gold and the statue of some other material. The same result is even more frequently produced by a mistaken inflexion of the voice, as in the line:

*quingenta ubi erant centum inde occidit Achilles.*<sup>4</sup>

It is also often doubtful to which of two antecedents a phrase is to be referred. Hence we get such con-

## QUINTILIAN

*meus uxori meae dare damnas esto argenti quod elegerit pondo centum.* Uter eligat, quaeritur.

Verum id, quod ex his primum est, mutatione casuum, sequens divisione verborum aut translatione  
 10 emendatur, tertium adiectione. Accusativi geminatione facta amphibolia solvitur ablativo, ut illud, *Lachetem audivi percussisse Demean fiat a Lachete percussum Demean.* Sed ablativo ipsi, ut in primo diximus, inest naturalis amphibolia. *Caelo decurrit aperto* : utrum per apertum caelum, an cum apertum  
 11 esset. Divisio respiratione et mora constat : *statuam*, deinde *auream hastam* ; vel *statuam auream*, deinde *hastam*. Adiectio talis est, *argentum*, quod elegerit ipse, ut heres intelligatur, vel *ipsa*, ut uxor. Adiectione facta amphibolia, qualis sit, *Nos*<sup>1</sup> *flentes illos depre-*  
 12 *hendimus*, detractioe solvetur. Pluribus verbis emendandum, ubi est id, quod quo referatur dubium est, et ipsum<sup>2</sup> est ambiguum. *Heres meus dare illi damnas*

<sup>1</sup> Nos, *Badius* : Nunc, *MSS.* : Hunc, *Spalding.*

<sup>2</sup> ipsum, *later MSS.* : ipse est, *AG.*

<sup>1</sup> See § 11.

<sup>2</sup> I. vii. 3.

<sup>3</sup> Apparently a misquotation of Virg. *Aen.* v. 212, *pelago decurrit aperto.*

<sup>4</sup> Does this mean *we found them weeping*, or *we found them weeping for us*? The ambiguity is eliminated by the removal of *nos*.

troversial themes as, "My heir shall be bound to give my wife a hundred pounds of silver according to choice," where it is left uncertain which of the two is to make the choice.

But in these examples of ambiguity, the first may be remedied by a change of case, the second by separating<sup>1</sup> the words or altering their position, the third by some addition.<sup>1</sup> Ambiguity resulting from 10 the use of two accusatives may be removed by the substitution of the ablative: for example, *Lachetem audivi percussisse Demeam* (I heard that Demea struck Laches, or that L. struck D.) may be rendered clear by writing a *Lachete percussum Demeam* (that D. was struck by L.). There is, however, a natural ambiguity in the ablative case itself, as I pointed out in the first book.<sup>2</sup> For example, *caelo decurrit aperto*<sup>3</sup> leaves it doubtful whether the poet means he hastened down "through the open sky," or "when the sky was opened for him to pass." Words may 11 be separated by a breathing space or pause. We may, for instance, say *statuam*, and then, after a slight pause, add *auream hastam*, or the pause may come between *statuam auream* and *hastam*. The addition referred to above would take the form *quod elegerit ipse*, where *ipse* will show that the reference to the heir, or *quod elegerit ipsa*, making the reference to the wife. In cases where ambiguity is caused by the addition of a word, the difficulty may be eliminated by the removal of a word, as in the sentence *nos flentes illos deprehendimus*.<sup>4</sup> Where it 12 is doubtful to what a word or phrase refers, and the word or phrase itself is ambiguous, we shall have to alter several words, as, for example, in the sentence, "My heir shall be bound to give him all his own

- esto omnia sua.* In quod genus incidit Cicero loquens de C. Fannio; *Is soceri instituto, quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, praesertim cum ille Q. Scaevolam sibi minorem natu generum praetulisset.* Nam sibi et ad socerum referri  
 13 et ad Fannium potest. Productio quoque in scripto et correptio in dubio relicta causa est ambiguitatis, ut in hoc, *Cato*. Aliud enim ostendit brevis secunda syllaba casu nominativo, aliud eadem syllaba producta casu dativo aut ablativo.<sup>1</sup> Plurimae praeterea sunt aliae species, quas persequi nihil necesse est.
- 14 Nec refert, quo modo sit facta amphibolia aut quo resolvatur. Duas enim res significari manifestum est et, quod ad scriptum vocemve pertinet, in utramque partem par est. Ideoque frustra praecipitur, ut in hoc statu vocem ipsam ad nostram partem conemur vertere. Nam, si id fieri potest, amphibolia non est.
- 15 Amphiboliae autem omnis erit in his quaestio; aliquando, uter sit secundum naturam magis sermo, semper, utrum sit aequius, utrum is, qui scripsit ac dixit, voluerit. Quarum in utramque partem satis ex his, quae de coniectura et qualitate diximus, praeceptum est.

<sup>1</sup> aliud eadem . . . ablativo, added by *Regius*.

---

<sup>1</sup> *Brut.* xxvi. 101. The sentence continues, “(an act of which Laelius said by way of excuse that he had given the augurship not to his younger son-in-law, but to his elder daughter), Fannius, I say, despite his lack of affection for Laelius, in obedience to his instructions attended the lectures of Panaetius.”

<sup>2</sup> sc. of the adjective *catus*, shrewd.

property," where "his own" is ambiguous. Cicero commits the same fault when he says of Gaius Fannius,<sup>1</sup> "He following the instructions of his father-in-law, for whom, because he had not been elected to the college of augurs, he had no great affection, especially as he had given Quintus Scaevola, the younger of his sons-in-law, the preference over himself . . ." For *over himself* may refer either to his father-in-law or to Fannius. Again, another source 13 of ambiguity arises from leaving it doubtful in a written document whether a syllable is long or short. *Cato*, for example, means one thing in the nominative when its second syllable is short, and another in the dative or ablative when the same syllable is long.<sup>2</sup> There are also a number of other forms of ambiguity which it is unnecessary for me to describe at length.

Further, it is quite unimportant how ambiguity 14 arises or how it is remedied. For it is clear in all cases that two interpretations are possible, and as far as the written or spoken word is concerned, it is equally important for both parties. It is therefore a perfectly futile rule which directs us to endeavour, in connexion with this *basis*, to turn the word in question to suit our own purpose, since, if this is feasible, there is no ambiguity. In cases of 15 ambiguity the only questions which confront us will be, sometimes which of the two interpretations is most natural, and always which interpretation is most equitable, and what was the intention of the person who wrote or uttered the words. I have, however, given sufficient instructions in the course of my remarks on *conjecture* and *quality*, as to the method of treating such questions, whether by the prosecution or the defence.

## QUINTILIAN

X. Est autem quaedam inter hos status cognatio. Nam et in finitione, quae sit voluntas nominis, quaeritur, et in syllogismo, qui secundus a finitione status est,<sup>1</sup> spectatur quid voluerit scriptor; et contrarias leges duos esse scripti et voluntatis status apparet. Rursus et finitio quodammodo est amphibolia, cum in duas partes diducatur intellectus  
2 nominis. Scriptum et voluntas habet in verbis iuris<sup>2</sup> quaestionem, quod idem antinomia petitur. Ideoque omnia haec quidam scriptum et voluntatem esse dixerunt, alii in scripto et voluntate amphiboliam esse, quae facit quaestionem. Sed distincta sunt; aliud est enim obscurum ius, aliud ambiguum.  
3 Igitur finitio in natura ipsa nominis quaestionem habet generalem, et quae esse etiam citra complexum causae possit; scriptum et voluntas de eo disputat iure quod est in lege, syllogismus de eo quod non est. Amphiboliae lis in diversum trahit, legum  
4 contrariarum ex diverso pugna est. Neque immerito

<sup>1</sup> After est *AG* read quae, which is expunged by *Regius*.

<sup>2</sup> iuris, *Spalding*: \* \* ocis, *A.*: iocis, *G.*

---

<sup>1</sup> III. vi. 54.

<sup>2</sup> See ch. viii. 1.

X. There is, however, a certain affinity between all these *bases*.<sup>1</sup> For in *definition* we enquire into the meaning of a term, and in the *sylogism*, which is closely connected with *definition*,<sup>2</sup> we consider what was the meaning of the writer, while it is obvious that in the case of contrary laws there are two *bases*, one concerned with the *letter*, and the other with the *intention*. Again, *definition* is in itself a kind of *ambiguity*, since it brings out two meanings in the same term. The *basis* concerned with the *letter* and the *intention* of the law involves a legal question as regards the interpretation of the words, which is identical with the question arising out of *contrary laws*. Consequently some writers have asserted that all these *bases* may be resolved into those concerned with the *letter* and *intention*, while others hold that in all cases where the *letter* and the *intention* of a document have to be considered, it is *ambiguity* that gives rise to the question at issue. But all these *bases* are really distinct, for an obscure point of law is not the same as an ambiguous point of law. *Definition*, then, involves a general question as to the actual nature of a term, a question which may conceivably have no connexion whatsoever with the content of the case in point. In investigations as to the *letter* and the *intention*, the dispute turns on the provisions contained in the law, whereas the *sylogism* deals with that which is not contained in the law. In disputes arising out of *ambiguity* we are led from the ambiguous phrase to its conflicting meanings, whereas in the case of *contrary laws* the fight starts from the conflict of their provisions. The distinction between these *bases* has therefore been rightly accepted by the most learned of

## QUINTILIAN

et recepta est a doctissimis haec differentia et apud plurimos ac prudentissimos durat.

Et de hoc quidem genere dispositionis, etiamsi  
 5 non omnia, tradi tamen aliqua potuerunt. Sunt alia quae, nisi proposita de qua dicendum est materia, viam docendi non praebeant. Non enim causa tantum<sup>1</sup> universa in quaestiones ac locos diducenda<sup>2</sup> est, sed hae ipsae partes habent rursus ordinem suum. Nam et in prooemio primum est aliquid et secundum ac deinceps, et quaestio omnis ac locus habet suam dispositionem ut theses etiam simplices.

6 Nisi<sup>3</sup> forte satis erit dividendi peritus, qui controversiam in haec diduxerit,<sup>4</sup> an omne praemium viro forti dandum sit, an ex privato, an nuptiae, an eius quae nupta sit, an hae; deinde, cum fuerit de prima quaestione dicendum, passim et ut quidque in mentem veniet miscuerit, non primum in ea scierit  
 7 esse tractandum, verbis legis standum sit an voluntate, huius ipsius particulae aliquod initium fecerit, deinde proxima subnectens struxerit orationem, ut

<sup>1</sup> tantum, *added by Halm.*

<sup>2</sup> diducenda, *Regius: dicenda, AG.*

<sup>3</sup> nisi, *Obrecht: si, MSS.*

<sup>4</sup> diduxerit, *Regius: dixerit, MSS.*

---

<sup>1</sup> *cp. II. iv. 24; III. v. 8.*



rhetoricians, and is still adopted by the majority and the wisest of the teachers of to-day.

It has not been possible in this connexion to give instructions which will cover the arrangement to be adopted in every case, though I have been able to give some. There are other details concerning which I can give no instructions without a statement of the particular case on which the orator has to speak. For not only must the whole case be analysed into its component topics and questions, but these subdivisions themselves require to be arranged in the order which is appropriate to them. For example, in the *exordium* each part has its own special place, first, second and third, etc., while each question and topic requires to be suitably arranged, and the same is true even of isolated *general questions*.<sup>1</sup> For it will not, I imagine, be represented that sufficient skill in division is possessed by the man who, after resolving a controversial theme into questions such as the following, whether a hero is to be granted any reward that he may claim, whether he is allowed to claim private property, whether he may demand any woman in marriage, whether he may claim to marry a woman who already possesses a husband, or this particular woman, *then*, although it is his duty to deal with the first question first, proceeds to deal with them indiscriminately as each may happen to occur to him, and ignores the fact that the first point which should be discussed is whether we should stand by the letter or the intention of the law, and fails to follow the natural order, which demands that after beginning with this question he should then proceed to introduce the subsidiary questions, thereby making the structure of his speech

## QUINTILIAN

- pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoque articuli. Hoc est quod scriptor demonstrare non  
8 possit, nisi certa definitaque materia. Sed quid una faciet aut altera, quin immo centum ac mille in re infinita<sup>1</sup>? Praeceptoris est, in alio atque alio genere cotidie ostendere, quis ordo sit rerum et quae copulatio, ut paulatim fiat usus et ad similia transitus. Tradi enim omnia, quae ars efficit, non possunt.  
9 Nam quis pictor omnia, quae in rerum natura sunt, adumbrare didicit? sed percepta semel imitandi ratione adsimulabit quidquid acceperit. Quis non faber vasculum aliquod, quale nunquam viderat, fecit?  
10 Quaedam vero non docentium sunt, sed discentium. Nam medicus, quid in quoque valetudinis genere faciendum sit, quid quibusque signis providendum, docebit; vim sentiendi pulsus venarum, coloris modos, spiritus meatum, caloris distantiam, quae sui cuiusque sunt ingenii, non dabit. Quare plurima petamus a nobis et cum causis deliberemus cogite

---

<sup>1</sup> in re infinita, *Rollin*: in re finita quae materia in se finita, *G*: in re finitaque materia ars finita, *A*.

<sup>1</sup> *fecerit* and *struxerit* are both negated by the preceding *non*. It is impossible to reproduce the conciseness of the original.

as regular as that of the human body, of which, for example, the hand is a part, while the fingers are parts of the hand, and the joints of the fingers.<sup>1</sup> It is precisely this method of arrangement which it is impossible to demonstrate except with reference to some definite and specific case. But it is clearly 8  
 useless to take one or two cases, or even a hundred or a thousand, since their number is infinite. It is the duty of the teacher to demonstrate daily in one kind of case after another what is the natural order and connexion of the parts, so that little by little his pupils may gain the experience which will enable them to deal with other cases of the same character. For it is quite impossible to teach everything that 9  
 can be accomplished by art. For example, what painter has ever been taught to reproduce everything in nature? But once he has acquired the general principles of imitation, he will be able to copy whatever is given him. What vase-maker is there who has not succeeded in producing a vase of a type which he had never previously seen?

There are, however, some things which depend 10  
 not on the teacher, but on the learner. For example, a physician will teach what treatment should be adopted for different diseases, what the dangers are against which he must be on his guard, and what the symptoms by which they may be recognised. But he will not be able to communicate to his pupil the gift of feeling the pulse, or appreciating the variations of colour, breathing and temperature: this will depend on the talent of the individual. Therefore, in most instances, we must rely on ourselves, and must study cases with the utmost care, never

## QUINTILIAN

musque homines ante invenisse artem quam docuisse.

- 11 Illa enim potentissima est, quaeque vere dicitur  
oeconomica totius causae dispositio, quae nullo modo  
constitui nisi velut in re praesente potest: ubi  
adsumendum prooemium, ubi omittendum, ubi uten-  
dum expositione continua, ubi partita, ubi ab initiis  
incipiendum, ubi more Homérico e mediis vel  
12 ultimis, ubi omnino non exponendum, quando a  
nostris, quando ab adversariorum propositionibus  
incipiamus, quando a firmissimis probationibus,  
quando a levioribus; qua in causa praeponendae  
prooemiis quaestiones, qua praeparatione praemuni-  
endae, quid iudicis animus accipere possit statim  
dictum, quo paulatim deducendus, singulis an uni-  
versis opponenda refutatio, reservandi perorationi  
an per totam actionem diffundendi adfectus, de iure  
prius an de aequitate dicendum; anteacta crimina  
an de quibus iudicium est prius obiicere vel diluere  
13 conveniat; si multiplices causae erunt, quis ordo  
faciendus, quae testimonia tabulaeve cuiusque generis  
in actione recitandae, quae reservandae. Haec est  
velut imperatoria virtus copias suas partientis ad

---

<sup>1</sup> *cp.* III. iii. 9.

forgetting that men discovered our art before ever  
 they proceeded to teach it. For the most effective, 11  
 and what is justly styled most *economical*<sup>1</sup> arrange-  
 ment of a case as a whole, is that which cannot be  
 determined except when we have the specific facts  
 before us. It consists in the power to determine  
 when the *exordium* is necessary and when it should  
 be omitted; when we should make our statement of  
 facts continuous, and when we should subdivide it;  
 when we should begin at the very beginning, when,  
 like Homer, start at the middle or the end; when 12  
 we should omit the statement of facts altogether;  
 when we should begin by dealing with the arguments  
 advanced by our opponents, and when with our own;  
 when we should place the strongest proofs first and  
 when the weakest; in what cases we should prefix  
*questions* to the *exordium*, and what preparation is  
 necessary to pave the way for these questions; what  
 arguments the judge will accept at once, and to  
 what he requires to be led by degrees; whether we  
 should refute our opponent's arguments as a whole  
 or in detail; whether we should reserve emotional  
 appeals for the peroration or distribute them through-  
 out the whole speech; whether we should speak first  
 of law or of equity; whether we should first advance  
 (or refute) charges as to past offences or the charges  
 connected with the actual trial; or, again, if the 13  
 case is complicated, what order we should adopt,  
 what evidence or documents of any kind should  
 be read out in the course of our speech, and what  
 reserved for a later stage. This gift of arrangement  
 is to oratory what generalship is to war. The skilled  
 commander will know how to distribute his forces

casus proeliorum, retinentis partes per castella  
 tuenda custodiendasve urbes, petendos commeatus,  
 obsidenda itinera, mari denique ac terra dividendis.

14 Sed haec in oratione praestabit, cui omnia adfuerint,  
 natura, doctrina, studium. Quare nemo exspectet,  
 ut alieno tantum labore sit disertus. Vigilandum,  
 durandum,<sup>1</sup> enitendum, pallendum est, facienda sua  
 cuique vis, suus usus, sua ratio, non respiciendum  
 ad haec, sed in promptu habenda, nec tanquam

15 tradita sed tanquam innata. Nam via demonstrari  
 potest, velocitas sua cuique est; verum ars satis  
 praestat, si copias eloquentiae ponit in medio;

16 nostrum est uti eis scire. Neque enim partium  
 est demum dispositio, sed in his ipsis primus aliquis  
 sensus et secundus et tertius; qui non modo ut  
 sint ordine collocati, laborandum est, sed ut inter  
 se vincti atque ita cohaerentes, ne commissura per-

17 luceat; corpus sit, non membra. Quod ita con-  
 tinget, si et quid cuique conveniat viderimus et  
 verba verbis applicarimus non pugnantia, sed quae  
 invicem complectantur. Ita res non diversae dis-  
 tantibus ex locis quasi invicem ignotae collidentur,  
 sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus

<sup>1</sup> durandum, *Bonnell*: dicendum, *A.*: dicat iterum, *G.*

for battle, what troops he should keep back to garrison forts or guard cities, to secure supplies, or guard communications, and what dispositions to make by land and by sea. But to possess this gift, our orator will require all the resources of nature, learning and industrious study. Therefore let no man hope that he can acquire eloquence merely by the labour of others. He must burn the midnight oil, persevere to the end and grow pale with study: he must form his own powers, his own experience, his own methods: he must not require to hunt for his weapons, but must have them ready for immediate use, as though they were born with him and not derived from the instruction of others. The road may be pointed out, but our speed must be our own. Art has done enough in publishing the resources of eloquence, it is for us to know how to use them. And it is not enough merely to arrange the various parts: each several part has its own internal economy, according to which one thought will come first, another second, another third, while we must struggle not merely to place these thoughts in their proper order, but to link them together and give them such cohesion that there will be no trace of any suture: they must form a body, not a congeries of limbs. This end will be attained if we note what best suits each position, and take care that the words which we place together are such as will not clash, but will mutually harmonise. Thus different facts will not seem like perfect strangers thrust into uncongenial company from distant places, but will be united with what precedes and follows by an intimate bond of union, with the result that our

## QUINTILIAN

copulatae tenebuntur,<sup>1</sup> ac videbitur non solum composita oratio, sed etiam continua. Verum longius fortasse progredior fallente transitu et a dispositione ad elocutionis praecepta labor, quae proximus liber inchoabit.

<sup>1</sup> copulatae tenebuntur, *Halm*: scopula tenebunt, *G*: se copula tenebunt, *A* (se 2nd hand).



BOOK VII. x. 17

speech will give the impression not merely of having been put together, but of natural continuity. I fear, however, that I have been lured on from one thing to another and have advanced somewhat too far, since I find myself gliding from the subject of arrangement to the discussion of the general rules of style, which will form the opening theme of the next book.

PLANTING

The first thing to do is to choose a site for your garden. It should be a sunny, well-drained area. You should also consider the soil type and the amount of water you will need to provide. Once you have chosen a site, you should prepare the soil by removing any weeds and stones. You should also add some compost or fertilizer to the soil. When you are ready to plant, you should dig a hole that is deep enough to accommodate the roots of the plant. You should also water the plant well after you have planted it.

There are many different types of plants that you can grow in your garden. Some of the most popular are flowers, vegetables, and herbs. You should choose plants that are suitable for your climate and soil type. You should also consider the amount of space you have available. If you have a small garden, you should choose plants that are compact and that do not require a lot of space. If you have a large garden, you can choose plants that are more spread out and that require a lot of space. You should also consider the amount of time you have to spend on your garden. If you have a lot of time, you can choose plants that require a lot of care. If you have a little time, you should choose plants that are easy to care for.

Planting is a rewarding activity that can help you to enjoy your garden. By following these tips, you can ensure that your plants are healthy and happy.

# THE NEW

REVISED

## BOOK VIII

## LIBER VIII

### PROOEMIUM

His fere, quae in proximos quinque libros collata sunt, ratio inveniendi atque inventa disponendi continetur, quam ut per omnes numeros penitus cognoscere ad summam scientiae necessarium est, ita incipientibus brevius ac simplicius tradi magis 2 convenit. Aut enim difficultate institutionis tam numerosae atque perplexae deterreri solent, aut eo tempore, quo praecipue alenda ingenia atque indulgentia quadam enutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atteruntur, aut, si haec sola didicerunt, satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur, aut quasi ad certas quasdam dicendi leges adligati conatum 3 omnem reformidant. Unde existimant accidisse ut, qui diligentissimi artium scriptores exstiterint, ab eloquentia longissime fuerint. Via tamen opus est incipientibus, sed ea plana et cum ad ingrediendum tum ad demonstrandum expedita. Eligat itaque

## BOOK VIII

### PREFACE

THE observations contained in the preceding five books approximately cover the method of invention and the arrangement of the material thus provided. It is absolutely necessary to acquire a thorough knowledge of this method in all its details, if we desire to become accomplished orators, but a simpler and briefer course of instruction is more suitable for beginners. For they tend either to be deterred from 2 study by the difficulties of so detailed and complicated a course, or lose heart at having to attempt tasks of such difficulty just at the very period when their minds need special nourishment and a more attractive form of diet, or think that when they have learned this much and no more, they are fully equipped for the tasks of eloquence, or finally, regarding themselves as fettered by certain fixed laws of oratory, shrink from making any effort on their own initiative. Consequently, it has been held that 3 those who have exercised the greatest care in writing text-books of rhetoric have been the furthest removed from genuine eloquence. Still, it is absolutely necessary to point out to beginners the road which they should follow, though this road must be smooth and easy not merely to enter, but to indicate. Consequently, our skilful instructor should select all

## QUINTILIAN

peritus ille praeceptor ex omnibus optima et tradat  
ea demum in praesentia quae placet, remota re-  
futandi cetera mora. Sequentur enim discipuli, quo  
4 duxeris. Mox cum robore dicendi crescit etiam  
eruditio. Iidem primo solum iter credant esse in  
quod inducentur, mox illud cognituri etiam optimum.  
Sunt autem neque obscura neque ad percipiendum  
difficilia quae scriptores diversis opinionibus perti-  
5 naciter tuendis involverunt. Itaque in toto artis  
huiusce tractatu difficilius est iudicare quid doceas  
quam, cum iudicaris, docere, praecipueque in duabus  
his partibus perquam sunt pauca, circa quae si is  
qui instituitur non repugnaverit, pronum ad cetera  
habiturus est cursum.

6 Nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus,  
ut ostenderemus rhetoricen bene dicendi scientiam  
et utilem et artem et virtutem esse; materiam eius  
res omnes de quibus dicendum esset; eas in tribus  
fere generibus, demonstrativo, deliberativo, iudici-  
alique reperiri; orationem porro omnem constare

BOOK VIII. PR. 3-6

that is best in the various writers on the subject and content himself for the moment with imparting those precepts of which he approves, without wasting time over the refutation of those which he does not approve. For thus your pupils will follow where you lead. Later, as they acquire strength in speaking, 4 their learning will grow in proportion. To begin with, they may be allowed to think that there is no other road than that on which we have set their feet, and it may be left to time to teach them what is actually the best. It is true that writers on rhetoric have, by the pertinacity with which they have defended their opinions, made the principles of the science which they profess somewhat complicated; but these principles are in reality neither obscure nor hard to understand. Consequently, if 5 we regard the treatment of the art as a whole, it is harder to decide what we should teach than to teach it, once the decision has been made. Above all, in the two departments which I have mentioned, the necessary rules are but few in number, and if the pupil gives them ready acceptance, he will find that the path to further accomplishment presents no difficulty.

I have, it is true, already expended much labour 6 on this portion of my task; for I desired to make it clear that rhetoric is the science of speaking well, that it is useful, and further, that it is an art and a virtue. I wished also to show that its subject matter consists of everything on which an orator may be called to speak, and is, as a rule, to be found in three classes of oratory, demonstrative, deliberative, and forensic; that every speech is composed of matter and words, and that as regards matter we must

## QUINTILIAN

rebus et verbis; in rebus intuendam inventionem, in verbis elocutionem, in utroque<sup>1</sup> collocationem, quae memoria complecteretur, actio commendaret.

7 Oratoris officium docendi, movendi, delectandi partibus contineri, ex quibus ad docendum expositio et argumentatio, ad movendum adfectus pertinerent, quos per omnem quidem causam sed maxime tamen in ingressu ac fine dominari. Nam delectationem, quamvis in utroque sit eorum, magis tamen proprias  
8 in elocutione partes habere. Quaestiones alias infinitas, alias finitas quae personis, temporibus, locis containerentur. In omni porro materia tria esse quaerenda, an sit, quid sit, quale sit. His adiciebamus demonstrativam laude ac vituperatione consistere. In ea quae ab ipso de quo diceremus, quae post eum acta essent, intuendum. Hoc opus tractatu honestorum utiliumque constare. Suasoriis accedere tertiam partem ex coniectura, possetne fieri et an esset futurum de quo deliberaretur. Hic praecipue diximus spectandum, quis, apud quem, quid diceret. Iudicialium causarum alias in singulis, alias in pluribus controversiis consistere, et in

<sup>1</sup> utroque, *Halm*: utraque, *AG.*



study invention, as regards words, style, and as regards both, arrangement, all of which it is the task of memory to retain and delivery to render attractive. I attempted to show that the duty of 7 the orator is composed of instructing, moving and delighting his hearers, statement of facts and argument falling under the head of instruction, while emotional appeals are concerned with moving the audience and, although they may be employed throughout the case, are most effective at the beginning and end. As to the element of charm, I pointed out that, though it may reside both in facts and words, its special sphere is that of style. I 8 observed that there are two kinds of questions, the one indefinite, the other definite, and involving the consideration of persons and circumstances of time and place; further, that whatever our subject matter, there are three questions which we must ask, *is it? what is it?* and *of what kind is it?* To this I added that demonstrative oratory consists of praise and denunciation, and that in this connexion we must consider not merely the acts actually performed by the person of whom we were speaking, but what happened after his death. This task I showed to be concerned solely with what is honourable or expedient. I remarked that in deliberative 9 oratory there is a third department as well which depends on conjecture, for we have to consider whether the subject of deliberation is possible or likely to happen. At this point I emphasised the importance of considering who it is that is speaking, before whom he is speaking, and what he says. As regards forensic cases, I demonstrated that some turn on one point of dispute, others on several, and

## QUINTILIAN

quibusdam intentionem modo statum facere, modo depulsionem;<sup>1</sup> depulsionem porro omnem infitiatione duplici, factumne et an hoc factum esset, 10 praeterea defensione ac translatione constare. Quaestionem aut ex scripto esse aut ex facto; facto,<sup>2</sup> de rerum fide, proprietate, qualitate; scripto, de verborum vi aut voluntate, in quibus vis tum causarum tum actionum inspicere soleat, quae aut scripti et voluntatis aut ratiocinativa aut ambiguitatis aut 11 legum contrariarum specie continentur. In omni porro causa iudiciali quinque esse partes, quarum exordio conciliari audientem, narratione doceri, probatione<sup>3</sup> proposita confirmari, refutatione contra dicta dissolvi, peroratione<sup>4</sup> aut memoriam refici aut 12 animos moveri. His argumentandi et adficiendi locos et quibus generibus concitari, placari, resolvi iudices oporteret, adiecimus. Accessit ratio divisionis. Credere modo qui discet velit materiam quandam variam esse,<sup>5</sup> et in qua multa etiam sine doctrina praestare debeat per se ipsa natura, ut haec

<sup>1</sup> statum . . . depulsionem, *added by Happel, following Schütz.*

<sup>2</sup> facto, *added by Spalding.*

<sup>3</sup> doceri, probatione, *added by Meister.*

<sup>4</sup> contra dicta, *added by Halm*: dissolvi, peroratione, *added by Aldine edn.*

<sup>5</sup> materiam quandam variam esse, *Happel*: certa quaedam varia est *and the like, MSS.*

that whereas in some cases it is the attack, in others it is the defence that determines the *basis*; that every defence rests on denial, which is of two kinds, since we may either deny that the act was committed or that its nature was that alleged, while it further consists of justification and technical pleas to show that the action cannot stand. I proceeded 10 to show that questions must turn either on something written or something done: in the latter case we have to consider the truth of the facts together with their special character and quality; in the former we consider the meaning or the intention of the words, with reference to which we usually examine the nature of all cases, criminal or civil, which fall under the heads of the *letter* and *intention*, the *syllogism*, *ambiguity* or *contrary laws*. I went on to point out that in all forensic cases the 11 speech consists of five parts, the *exordium* designed to conciliate the audience, the *statement of facts* designed to instruct him, the *proof* which confirms our own propositions, the *refutation* which overthrows the arguments of our opponents, and the *peroration* which either refreshes the memory of our hearers or plays upon their emotions. I then dealt with the 12 sources of arguments and emotion, and indicated the means by which the judges should be excited, placated, or amused. Finally I demonstrated the method of division. But I would ask that the student who is really desirous of learning should believe that there are also a variety of subjects with regard to which nature itself should provide much of the requisite knowledge without any assistance from formal teaching, so that the precepts of which I have spoken may be regarded not so much as

de quibus dixi non tam inventa a praeceptoribus quam cum fierent observata esse videantur.

- 13 Plus exigunt laboris et curae quae sequuntur. Hinc enim iam elocutionis rationem tractabimus, partem operis, ut inter omnes oratores convenit, difficillimam. Nam et M. Antonius, cuius supra mentionem habuimus, cum a se disertos visos esse multos ait, eloquentem neminem: diserto satis putat dicere quae oporteat, ornate autem dicere  
 14 proprium esse eloquentissimi. Quae virtus si usque ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem aut L. Crasso, certum est et in his et in prioribus eam desideratam, quia difficillima fuit. Et Marcus  
 15 Tullius inventionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiam oratoris, ideoque praecipue circa praecepta partis huius laboravit. Quod eum merito fecisse etiam ipso rei, de qua loquimur, nomine palam declaratur. Eloqui enim<sup>4</sup> est omnia, quae mente conceperis, promere atque ad audientes perferre; sine quo supervacua sunt priora et similia gladio condito atque intra vaginam  
 16 suam haerenti. Hoc itaque maxime docetur, hoc nullus nisi arte adsequi potest, hic studium plurimum adhibendum, hoc exercitatio petit, hoc

---

<sup>1</sup> After enim the MSS. give hoc which is deleted by Gesner.

<sup>1</sup> de Or. I. xxi. 94.

<sup>2</sup> Cic. Or. xiv. 44;

having been discovered by the professors of rhetoric as having been noted by them when they presented themselves.

The points which follow require greater care and industry. For I have now to discuss the theory of style, a subject which, as all orators agree, presents the greatest difficulty. For Marcus Antonius, whom I mentioned above, states that he has seen many good, but no really eloquent speakers, and holds that, while to be a good speaker it is sufficient to say what is necessary, only the really eloquent speaker can do this in ornate and appropriate language.<sup>1</sup> And if this excellence was to be found in no orator up to his own day, and not even in himself or Lucius Crassus, we may regard it as certain that the reason why they and their predecessors lacked this gift was its extreme difficulty of acquisition. Again, Cicero<sup>2</sup> holds that, while invention and arrangement are within the reach of any man of good sense, eloquence belongs to the orator alone, and consequently it was on the rules for the cultivation of eloquence that he expended the greatest care. That he was justified in so doing is shown clearly by the actual name of the art of which I am speaking. For the verb *eloqui* means the production and communication to the audience of all that the speaker has conceived in his mind, and without this power all the preliminary accomplishments of oratory are as useless as a sword that is kept permanently concealed within its sheath. Therefore it is on this that teachers of rhetoric concentrate their attention, since it cannot possibly be acquired without the assistance of the rules of art: it is this which is the chief object of our study, the goal of all

## QUINTILIAN

imitatio, hic omnis aetas consumitur, hoc maxime orator oratore praestantior, hoc genera ipsa dicendi  
17 aliis alia potiora. Neque enim Asiani aut quocumque alio genere corrupti res non viderunt aut eas non collocaverunt neque, quos aridos vocamus, stulti aut in causis caeci fuerunt; sed his iudicium in eloquendo ac modus, illis vires defuerunt, ut appareat in hoc et vitium et virtutem esse dicendi.

18 Non ideo tamen sola est agenda cura verborum. Occurram enim necesse est et, velut in vestibulo protinus apprehensuris hanc confessionem meam, resistam iis qui, omissa rerum (qui nervi sunt in causis) diligentia, quodam inani circa voces studio senescunt, idque faciunt gratia decoris, qui est in dicendo mea quidem opinione pulcherrimus, sed  
19 cum sequitur non cum adfectatur. Corpora sana et integri sanguinis et exercitatione firmata ex iisdem his speciem accipiunt ex quibus vires, namque et colorata et adstricta et lacertis expressa sunt; at eadem si quis volsa atque fucata muliebriter comat,

our exercises and all our efforts at imitation, and it is to this that we devote the energies of a lifetime; it is this that makes one orator surpass his rivals, this that makes one style of speaking preferable to another. The failure of the orators of the Asiatic 17 and other decadent schools did not lie in their inability to grasp or arrange the facts on which they had to speak, nor, on the other hand, were those who professed what we call the dry style of oratory either fools or incapable of understanding the cases in which they were engaged. No, the fault of the former was that they lacked taste and restraint in speaking, while the latter lacked power, whence it is clear that it is here that the real faults and virtues of oratory are to be found.

This does not, however, mean that we should 18 devote ourselves to the study of words alone. For I am compelled to offer the most prompt and determined resistance to those who would at the very portals of this enquiry lay hold of the admissions I have just made and, disregarding the subject matter which, after all, is the backbone of any speech, devote themselves to the futile and crippling study of words in a vain desire to acquire the gift of elegance, a gift which I myself regard as the fairest of all the glories of oratory, but only when it is natural and unaffected. Healthy bodies, enjoying 19 a good circulation and strengthened by exercise, acquire grace from the same source that gives them strength, for they have a healthy complexion, firm flesh and shapely thews. But, on the other hand, the man who attempts to enhance these physical graces by the effeminate use of depilatories and cosmetics, succeeds merely in defacing them by the

## QUINTILIAN

20 foedissima sint ipso formae labore. Et cultus concessus atque magnificus addit hominibus, ut Graeco versu testatum est, auctoritatem; at muliebris et luxuriosus non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida et versicolor quorundam elocutio res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu vestiantur. Curam ergo verborum, rerum  
 21 volo esse sollicitudinem. Nam plerumque optima rebus cohaerent et cernuntur suo lumine; at nos quaerimus illa, tanquam lateant semper seque subducant. Ita nunquam putamus circa id esse de quo dicendum est, sed ex aliis locis petimus et inventis  
 22 vim adferimus. Maiore animo aggredienda eloquentia est, quae si toto corpore valet, ungues polire et capillum reponere non existimabit ad curam suam pertinere.

Sed evenit plerumque ut in hac diligentia deterior  
 23 etiam fiat oratio, primum, quia sunt optima minime arcessita et simplicibus atque ab ipsa veritate perfectis similia. Nam illa, quae curam fatentur et ficta atque composita videri etiam volunt, nec gratiam consequuntur et fidem amittunt propter id quod sensus obumbrantur et velut laeto gramine sata  
 24 strangulantur.<sup>1</sup> Nam et quod recte dici potest circumimus amore verborum et quod satis dictum est

<sup>1</sup> obumbrantur . . . strangulantur, *Spalding*: obumbrant . . . strangulant, *MSS.*



BOOK VIII. PR. 19-24

very care which he bestows on them. Again, a 20  
tasteful and magnificent dress, as the Greek poet  
tells us, lends added dignity to its wearer: but  
effeminate and luxurious apparel fails to adorn the  
body and merely reveals the foulness of the mind.  
Similarly, a translucent and iridescent style merely  
serves to emasculate the subject which it arrays with  
such pomp of words. Therefore I would have the  
orator, while careful in his choice of words, be even  
more concerned about his subject matter. For, as a 21  
rule, the best words are essentially suggested by the  
subject matter and are discovered by their own  
intrinsic light. But to-day we hunt for these words  
as though they were always hiding themselves and  
striving to elude our grasp. And thus we fail to  
realise that they are to be found in the subject of  
our speech, and seek them elsewhere, and, when we  
have found them, force them to suit their context.  
It is with a more virile spirit that we should pursue 22  
eloquence, who, if only her whole body be sound,  
will never think it her duty to polish her nails and  
tire her hair.

The usual result of over-attention to the niceties  
of style is the deterioration of our eloquence. The 23  
main reason for this is that those words are best  
which are least far-fetched and give the impression  
of simplicity and reality. For those words which are  
obviously the result of careful search and even seem to  
parade their self-conscious art, fail to attain the grace  
at which they aim and lose all appearance of sincerity  
because they darken the sense and choke the good  
seed by their own luxuriant overgrowth. For in 24  
our passion for words we paraphrase what might be  
said in plain language, repeat what we have already.

## QUINTILIAN

repetimus et quod uno verbo patet pluribus oneramus et pleraque significare melius putamus quam dicere. Quid quod nihil iam proprium placet, dum  
25 parum creditur disertum quod et alius dixisset? A corruptissimo quoque poetarum figuras seu translationes mutuamur, tum demum ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio. Atqui satis aperte Cicero praeceperat, in dicendo vitium vel maximum esse a vulgari genere orationis atque a  
26 consuetudine communis sensus abhorrere. Sed ille est durus atque ineruditus; nos melius, quibus sordet omne quod natura dictavit, qui non ornamenta quaerimus sed lenocinia, quasi vero sit ulla verborum nisi rei cohaerentium virtus; quae ut propria sint et dilucida et ornata et apte collocentur, si tota vita laborandum est, omnis studiorum fructus amis-  
27 sus est. Atqui plerosque videas haerentes circa singula et dum inveniunt et dum inventa ponderant ac dimetiuntur. Quod si idcirco fieret ut semper optimis uterentur, abominanda tamen haec infelicitas erat, quae et cursum dicendi refrenat et calorem  
28 cogitationis extinguit mora et diffidentia. Miser

---

<sup>1</sup> *de Or.* I. iii. 12.

said at sufficient length, pile up a number of words where one would suffice, and regard allusion as better than directness of speech. So, too, all directness of speech is at a discount, and we think no phrase eloquent that another could conceivably have used. We borrow figures and metaphors from the 25 most decadent poets, and regard it as a real sign of genius that it should require a genius to understand our meaning. And yet Cicero<sup>1</sup> long since laid down this rule in the clearest of language, that the worst fault in speaking is to adopt a style inconsistent with the idiom of ordinary speech and contrary to the common feeling of mankind. But 26 nowadays our rhetoricians regard Cicero as lacking both polish and learning; we are far superior, for we look upon everything that is dictated by nature as beneath our notice, and seek not for the true ornaments of speech, but for meretricious finery, as though there were any real virtue in words save in their power to represent facts. And if we have to spend all our life in the laborious effort to discover words which will at once be brilliant, appropriate and lucid, and to arrange them with exact precision, we lose all the fruit of our studies. And yet we see 27 the majority of modern speakers wasting their time over the discovery of single words and over the elaborate weighing and measurement of such words when once discovered. Even if the special aim of such a practice were always to secure the best words, such an ill-starred form of industry would be much to be deprecated, since it checks the natural current of our speech and extinguishes the warmth of imagination by the delay and loss of self-confidence which it occasions. For the orator who cannot 28

## QUINTILIAN

enim et, ut sic dicam, pauper orator est qui nullum  
 verbum aequo animo perdere potest. Sed ne perdet  
 quidem, qui rationem loquendi primum cognoverit,  
 tum lectione multa et idonea copiosam sibi ver-  
 borum suppellectilem compararit et huic adhibuerit  
 artem collocandi, deinde haec omnia exercitatione  
 plurima roborarit, ut semper in promptu sint et  
 29 ante oculos. Namque ei qui id fecerit simul<sup>1</sup> res  
 cum suis nominibus occurrent. Sed opus est studio  
 praecedente et acquisita facultate et quasi reposita.  
 Namque ista quaerendi, iudicandi, comparandi an-  
 xietas, dum discimus, adhibenda est, non dum  
 dicimus. Alioqui sicut, qui patrimonium non para-  
 runt, sub diem quaerunt, ita in oratione, qui non  
 30 satis laboravit. Sin praeparata dicendi vis fuerit,  
 erunt in officio, non ut requisita respondere, sed  
 ut semper sensibus inhaerere videantur atque eos  
 31 ut umbra corpus sequi. Sed<sup>2</sup> in hac ipsa cura est  
 aliquid satis. Nam cum Latina, significantia, ornata,  
 cum apte sunt collocata, quid amplius laboremus?  
 Quibusdam tamen nullus est finis calumniandi se et  
 cum singulis paene syllabis commoriendi, qui etiam,

<sup>1</sup> ei qui fecerit, simul, *Halm*: hii quid fecerit sic, *G*: illi  
 qui id fecerit sic, *A*. (illi qui id, *2nd hand*).

<sup>2</sup> sequi. Sed, *Halm*: sequis, *G*: sequitur, *A*.

endure to lose a single word is like a man plunged in griping poverty. On the other hand, if he will only first form a true conception of the principles of eloquence, accumulate a copious supply of words by wide and suitable reading, apply the art of arrangement to the words thus acquired, and finally, by continual exercise, develop strength to use his acquisitions so that every word is ready at hand and lies under his very eyes, he will never lose a single word. For the man who follows these instructions will find that facts and words appropriate to their expression will present themselves spontaneously. But it must be remembered that a long course of preliminary study is necessary and that the requisite ability must not merely be acquired, but carefully stored for use; for the anxiety devoted to the search for words, to the exercise of the critical faculty and the power of comparison is in its place while we are learning, but not when we are speaking. Otherwise, the orator who has not given sufficient attention to preliminary study will be like a man who, having no fortune, lives from hand to mouth. If, on the other hand, the powers of speech have been carefully cultivated beforehand, words will yield us ready service, not merely turning up when we search for them, but dwelling in our thoughts and following them as the shadow follows the body. There are, however, limits even to this form of study; for when our words are good Latin, full of meaning, elegant and aptly arranged, why should we labour further? And yet there are some who are never weary of morbid self-criticism, who throw themselves into an agony of mind almost over separate syllables, and even when they have

## QUINTILIAN

cum optima sunt reperta, quaerunt aliquid quod sit magis antiquum, remotum, inopinatum, nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua verba laudantur. Sit igitur cura elocutionis quam maxima, dum sciamus tamen nihil verborum causa esse faciendum, cum verba ipsa rerum gratia sint reperta; quorum ea sunt maxime probabilia, quae sensum animi nostri optime promunt atque in animis iudicium quod nos volumus efficiunt. Ea debent praestare sine dubio et admirabilem et iucundam orationem, verum admirabilem non sic, quomodo prodigia miramur, et iucundam non deformi voluptate sed cum laude ac dignitate coniuncta.

1. Igitur, quam Graeci *φράσις* vocant, Latine dicimus elocutionem. Ea spectatur verbis aut singulis aut coniunctis. In singulis intuendum est ut sint Latina, perspicua, ornata, ad id quod efficere volumus accommodata, in coniunctis, ut emendata, ut collocata, ut figurata. Sed ea, quae de ratione Latine atque emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de grammaticae loqueremur, exsecuti sumus. Verum illic tantum ne vitiosa essent praecipimus; hic non alienum est admonere ut sint quam minime peregrina et externa. Multos enim,

discovered the best words for their purpose look for some word that is older, less familiar, and less obvious, since they cannot bring themselves to realise that when a speech is praised for its words, it implies that its sense is inadequate. While, then, style calls for the utmost attention, we must always bear in mind that nothing should be done for the sake of words only, since words were invented merely to give expression to things: and those words are the most satisfactory which give the best expression to the thoughts of our mind and produce the effect which we desire upon the minds of the judges. Such words will assuredly be productive of a style that will both give pleasure and awaken admiration; and the admiration will be of a kind far other than that which we bestow on portents, while the pleasure evoked by the charm will have nothing morbid about it, but will be praiseworthy and dignified.

I. What the Greeks call *φράσις*, we in Latin call *elocutio* or style. Style is revealed both in individual words and in groups of words. As regards the former, we must see that they are Latin, clear, elegant and well-adapted to produce the desired effect. As regards the latter, they must be correct, aptly placed and adorned with suitable figures. I have already, in the portions of the first book dealing with the subject of grammar, said all that is necessary on the way to acquire idiomatic and correct speech. But there my remarks were restricted to the prevention of positive faults, and it is well that I should now point out that our words should have nothing provincial or foreign about them. For you will find

quibus loquendi ratio non desit, invenias quos curiose potius loqui dixeris quam Latine, quomodo et illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, adnotata unius adfectione verbi, hospitem dixit nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Et in Tito Livio, mirae facundiae viro, putat inesse Pollio Asinius quandam Patavinitatem. Quare, si fieri potest et verba omnia et vox huius alumnū urbis oleant, ut oratio Romana plane videatur, non civitate donata.

II. Perspicuitas in verbis praecipuam habet proprietatem, sed proprietas ipsa non simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est sua cuiusque rei appellatio, qua non semper utemur; nam et obscena vitabimus et sordida et humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum aut ordinis. In quo vitio cavendo non mediocriter errare quidam solent, qui omnia quae sunt in usu,<sup>1</sup> etiamsi causae necessitas postulet, reformidant; ut ille, qui in actione *Ibericas herbas*, se solo nequicquam intelligente, dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus *spartum* dicere eum velle indicasset. Nec video quare clarus orator *duratos muria pisces* nitidius esse crediderit

<sup>1</sup> in, *Regius*: sine, *MSS.*



that there are a number of writers by no means deficient in style whose language is precious rather than idiomatic. As an illustration of my meaning I would remind you of the story of the old woman at Athens, who, when Theophrastus, a man of no mean eloquence, used one solitary word in an affected way, immediately said that he was a foreigner, and on being asked how she detected it, replied that his language was too Attic for Athens. Again Asinius Pollio held that Livy, for all his 3 astounding eloquence, showed traces of the idiom of Padua. Therefore, if possible, our voice and all our words should be such as to reveal the native of this city, so that our speech may seem to be of genuine Roman origin, and not merely to have been presented with Roman citizenship.

II. Clearness results above all from *propriety* in the use of words. But *propriety* is capable of more than one interpretation. In its primary sense it means calling things by their right names, and is consequently sometimes to be avoided, for our language must not be obscene, unseemly or mean. Language may be described as mean when it is 2 beneath the dignity of the subject or the rank of the speaker. Some orators fall into serious error in their eagerness to avoid this fault, and are afraid of all words that are in ordinary use, even although they may be absolutely necessary for their purpose. There was, for example, the man who in the course of a speech spoke of "Iberian grass," a meaningless phrase intelligible only to himself. Cassius Severus, however, by way of deriding his affectation, explained that he meant Spanish broom. Nor do I see why 3 a certain distinguished orator thought "fishes con-

## QUINTILIAN

quam ipsum id quod vitabat.<sup>1</sup> In hac autem proprietatis specie, quae nominibus ipsis cuiusque rei utitur, nulla virtus est, at quod ei contrarium est, vitium. Id apud nos improprium, ἄκρρον apud  
 4 Graecos vocatur, quale est, *tantum sperare dolorem*, aut, quod in oratione Dolabellae emendatum a Cicerone adnotavi, *mortem ferre*, aut, qualia nunc laudantur a quibusdam, quorum est, *de cruce verba ceciderunt*. Non tamen quidquid non erit proprium, protinus et improprii vitio laborabit, quia primum omnium multa  
 5 sunt et Graece et Latine non denominata. Nam et, qui iaculum emittit, *iaculari* dicitur, qui pilam aut sudem, appellatione privatim sibi adsignata caret; et ut, *lapidare* quid sit, manifestum est, ita glebarum  
 6 testarumque iactus non habet nomen. Unde abusio, quae κατάχρησις dicitur, necessaria. Translatio quoque, in qua vel maximus est orationis ornatus, verba non suis rebus accommodat. Quare proprietas non ad nomen, sed ad vim significandi refertur nec  
 7 auditu, sed intellectu perpendenda est. Secundo modo dicitur proprium inter plura, quae sunt eius-

<sup>1</sup> vitabat, *Aldine ed.*: videbat, *MSS.*

<sup>1</sup> Probably *salsamenta*.

<sup>2</sup> *Aen.* iv. 419.

<sup>3</sup> Presumably in the sense, "He spoke like one in bodily pain."

- 37 postea concessum est, quando desiit licere? Sed, si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est: *Ut ita dicam, Si licet dicere, Quodam modo, Permittite mihi sic uti*. Quod idem etiam in iis, quae licentius translata erunt, proderit, nihilque non tuto dici potest, in quo non falli iudicium nostrum sollicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Graecum illud elegantissimum est, quo praecipitur *προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ*.
- 38 Translata probari nisi in contextu sermonis non

---

<sup>1</sup> This letter is lost: "I will call that love and that favour, if I may use the word, to be my counsellors."

<sup>2</sup> *ad Fam.* III. viii. 3. "You who are not merely wise, but, as we say nowadays, urbane."

<sup>3</sup> "When the sky grew white (at dawn)."

<sup>4</sup> *Part Or.* v. 16.

<sup>5</sup> *Ar. Rhet.* III. vii. 9.

*verbo utar, favorem in consilium advocabo*,<sup>1</sup> while to 35  
 Appius Pulcher he writes, *te hominem non solum sapi-  
 entem, verum etiam, ut nunc loquimur, urbanum*.<sup>2</sup> He  
 also thinks that Terence was the first to use the  
 word *obsequium*, while Caecilius asserts that Sisenna  
 was the first to use the phrase *albente caelo*.<sup>3</sup> Hor-  
 tensius seems to have been the first to use *cervix* in  
 the singular, since the ancients confined themselves  
 to the plural. We must not then be cowards, for I  
 cannot agree with Celsus when he forbids orators to  
 coin new words. For some words, as Cicero<sup>4</sup> says, 36  
 are native, that is to say, are used in their original  
 meaning, while others are derivative, that is to say,  
 formed from the native. Granted then that we  
 are not justified in coining entirely new words  
 having no resemblance to the words invented by  
 primitive man, I must still ask at what date we were  
 first forbidden to form derivatives and to modify  
 and compound words, processes which were un-  
 doubtedly permitted to later generations of mankind.  
 If, however, one of our inventions seems a little 37  
 risky, we must take certain measures in advance  
 to save it from censure, prefacing it by phrases such as  
 "so to speak," "if I may say so," "in a certain  
 sense," or "if you will allow me to make use of such  
 a word." The same practice may be followed in the  
 case of bold metaphors, and it is not too much to  
 say that almost anything can be said with safety  
 provided we show by the very fact of our anxiety  
 that the word or phrase in question is not due to an  
 error of judgment. The Greeks have a neat saying  
 on this subject, advising us to be the first to blame  
 our own hyperbole.<sup>5</sup>

The metaphorical use of words cannot be recom- 38

possunt. Itaque de singulis verbis satis dictum, quae, ut alio loco ostendi, per se nullam virtutem habent. Sed ne inornata sunt quidem, nisi cum sunt infra rei, de qua loquendum est, dignitatem, excepto  
 39 si obscena nudis nominibus enuntientur. Quod viderint, qui non putant esse vitanda, quia nec sit vox ulla natura turpis et, si qua est rei deformitas, alia quoque appellatione quacunquē ad intellectum eundem nihilominus perveniat. Ego Romani pudoris more contentus, ut iam respondi talibus, verecundiam silentio vindicabo.

40 Iam hinc igitur ad rationem sermonis coniuncti transeamus. Cuius ornatus in haec duo prima dividitur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus. Nam primum est, ut liqueat, augere quid velimus an minuere, concitate dicere an moderate, laete an severe, abundanter an presse, aspere an leniter, magnifice an subtiliter, graviter an urbane.

41 Tum, quo translationum<sup>1</sup> genere, quibus figuris, qualibus sententiis, quo modo, qua postremo collocatione id, quod intendimus, efficere possimus.

Ceterum dicturus, quibus ornatur oratio, prius ea, quae sunt huic contraria laudi, attingam; nam prima  
 42 virtus est vitio carere. Igitur ante omnia ne speremus ornatam orationem fore, quae probabilis non erit.

---

<sup>1</sup> translationum, *Halm* : translationem, *A* : translatione, *G*.

mended except in connected discourse. Enough has now been said on the subject of single words, which, as I have pointed out elsewhere,<sup>1</sup> have no intrinsic value of their own. On the other hand, there is no word which is intrinsically ugly unless it be beneath the dignity of the subject on which we have to speak, excepting always such words as are nakedly obscene. I would commend this remark to those 39 who do not think it necessary to avoid obscenity on the ground that no word is indecent in itself and that, if a thing is revolting, its unpleasantness will be realised clearly enough by whatever name it is called. Accordingly, I shall content myself with following the good old rules of Roman modesty and, as I have already replied to such persons, shall vindicate the cause of decency by saying no more on this unpleasant subject.

Let us now pass to consider connected discourse. 40 Its adornment may be effected, primarily, in two ways; that is to say, we must consider first our ideal of style, and secondly how we shall express this ideal in actual words. The first essential is to realise clearly what we wish to enhance or attenuate, to express with vigour or calm, in luxuriant or austere language, at length or with conciseness, with gentleness or asperity, magnificence or subtlety, gravity or wit. The next essential is to decide by what kind of 41 metaphor, figures, reflexions, methods and arrangement we may best produce the effect which we desire.

But, before I discuss ornament, I must first touch upon its opposite, since the first of all virtues is the avoidance of faults. Therefore we must not expect 42 any speech to be ornate that is not, in the first place,

## QUINTILIAN

Probabile autem Cicero id genus dicit, quod non nimis est comptum.<sup>1</sup> Non quia comi expolirique non debeat (nam et haec ornatus pars est) sed quia  
 43 vitium est ubique quod nimium est. Itaque vult esse auctoritatem in verbis, sententias vel graves vel aptas opinionibus hominum ac moribus. His enim salvis, licet assumere ea quibus illustrem fieri orationem putat, delecta, translata, superlata, ad nomen adiuncta, duplicata et idem significantia atque ab ipsa actione atque ab imitatione rerum non abhorrentia.

44 Sed quoniam vitia prius demonstrare aggressi sumus, ab hoc initium<sup>2</sup> sit, quod κακέμφατον vocatur, sive mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est (ut *ductare exercitus* et *patrare bella*, apud Sallustium dicta sancte et antique ridentibus, si dis placet; quam culpam non scribentium  
 45 quidem iudico sed legentium, tamen vitandam, quatenus verba honesta moribus perdidimus, et vincentibus iam<sup>3</sup> vitiis cedendum est) sive iunctura deformiter sonat, ut, si *cum hominibus notis loqui* nos dicimus, nisi hoc ipsum *hominibus* medium sit, in praefanda

<sup>1</sup> nimis est comptum, Cicero: nimis est dictum, AG.: plus minusve quam dicet (decet, *edd.*), *codd. dclt.*

<sup>2</sup> ab hoc initium, Palm: vel hoc initium, AG.: vel hoc vitium *vulgo.*

<sup>3</sup> iam, Spalding: etiam, AG.

---

<sup>1</sup> *Part. Or.*, vi. 19.

<sup>2</sup> *ductare* might mean *ad libidinem abducere*. *patrare bellum* might mean *paedicare formosum*.

acceptable. An acceptable style is defined by Cicero<sup>1</sup> as one which is not over-elegant: not that our style does not require elegance and polish, which are essential parts of ornament, but that excess is always a vice. He desires, therefore, that our 43 words should have a certain weight about them, and that our thoughts should be of a serious cast or, at any rate, adapted to the opinions and character of mankind. These points once secured, we may proceed to employ those expressions which he regards as conferring distinction on style, that is to say, specially selected words and phrases, metaphor, hyperbole, appropriate epithets, repetitions, synonyms and all such language as may suit our case and provide an adequate representation of the facts.

But since my first task is to point out the faults to 44 be avoided, I will begin by calling attention to the fault known as *κακῆμφάτον*, a term applied to the employment of language to which perverted usage has given an obscene meaning: take, for example, phrases such as *ductare exercitus* and *patrare bellum*,<sup>2</sup> which were employed by Sallust in their old and irreproachable sense, but, I regret to say, cause amusement in certain quarters to-day. This, however, is not, in my opinion, the fault of the writer, but of his readers; still it is one to be avoided, for we 45 have perverted the purity of language by our own corruption, and there is no course left to us but to give ground before the victorious advance of vice. The same term is also applied in the cases where an unfortunate collocation of words produces an obscene suggestion. For example, in the phrase *cum hominibus notis loqui*, unless *hominibus* is placed between *cum* and *notis*, we shall commit ourselves to a phrase

videmur incidere, quia ultima prioris syllabae littera,  
 quae exprimi nisi labris coeuntibus non potest, aut  
 insistere nos indecentissime cogit aut continuata  
 46 cum insequente in naturam eius corrumpitur. Ali-  
 aequae coniunctiones aliquid simile faciunt, quas  
 persequi libenter est in eo vitio, quod vitandum  
 dicimus, commorantis. Sed divisio quoque adfert  
 eandem iniuriam pudori, ut si *intercapedinis* nomina-  
 47 tivo casu quis utatur. Nec scripto modo id accidit,  
 sed etiam sensu plerique obscene intelligere, nisi  
 caveris, cupiunt (ut apud Ovidium *Quaeque*<sup>1</sup> *latent*  
*meliora putat*) et ex verbis, quae longissime ab ob-  
 scenitate absunt, occasionem turpitudinis rapere.  
 Siquidem Celsus *κακέμφατον* apud Vergilium putat:

*Incipiunt agilata tumescere.*

Quod si recipias, nihil loqui tutum est.

48 Deformitati proximum est humilitatis vitium,  
*ταπεινώσις* vocant, qua rei magnitudo vel dignitas  
 minuitur: ut *Saxea est verruca in summo montis vertice*.  
 Cui natura contrarium, sed errore par est, parvis dare

si qua, *MSS. of Ovid.*

<sup>1</sup> *i.e.* pronouncing *eunnotis*.

<sup>2</sup> *intercapedo*, of which the last two syllables might give rise to unseemly laughter; *pedo* = "break wind."

<sup>3</sup> *Met.* i. 502.

<sup>4</sup> *Georg.* i. 357.

<sup>5</sup> From an unknown tragedian.



which will require some apology, since the final letter of the first syllable, which cannot be pronounced without closing the lips, will force us either to pause in a most unbecoming manner, or by assimilation to the *n* which follows<sup>1</sup> will produce a most objectionable suggestion. I might quote other collocations<sup>46</sup> of words which are liable to the same objection, but to discuss them in detail would be to fall into that very fault which I have just said should be avoided. A similar offence against modesty may be caused by the division of words, as, for example, by the use of the nominative of *intercapedinis*.<sup>2</sup> And it is not<sup>47</sup> merely in writing that this may occur, but you will find, unless you exercise the greatest care, that there are a number of persons who take pleasure in putting an indecent interpretation on words, thinking, as Ovid<sup>3</sup> says:

“that whatsoe’er is hid is best of all.”

Nay, an obscene meaning may be extracted even from words which are as far removed from indecency as possible. Celsus, for example, detects an instance of *κακέμφατον* in the Virgilian<sup>4</sup> phrase:

*incipiunt agitata tumescere;*

but if this point of view be accepted, it will be risky to say anything at all.

Next to indecency of expression comes meanness,<sup>48</sup> styled *ταπεινώσις*, when the grandeur or dignity of anything is diminished by the words used, as in the line:

“There is a rocky wart upon the mountain’s brow.”<sup>5</sup>

The opposite fault, which is no less serious, consists

- excedentia modum nomina, nisi cum ex industria risus inde captatur. Itaque nec parricidam *nequam* dixeris hominem nec deditum forte meretrici *nefarium*; quia alterum parum, alterum nimium est.
- 49 Proinde quaedam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est; quae vitia facillime fient manifesta contrariis virtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diversum est.
- 50 Vitari debet<sup>1</sup> et *μείωσις*, cum sermoni deest aliquid, quo minus plenus sit; quanquam id obscurae potius quam inornatae orationis est vitium. Sed hoc quoque, cum a prudentibus fit, schema dici solet, sicut *ταυτολογία*, id est eiusdem verbi aut sermonis iteratio.
- 51 Haec enim, quanquam non magnopere a summis auctoribus vitata, interim vitium videri potest, in quod saepe incidit etiam Cicero securus tam parvae observationis, sicut hoc loco, *Non solum igitur illud iudicium iudicii simile, iudices, non fuit*. Interim mutato nomine *ἐπανάληψις* dicitur, atque est et ipsum inter schemata; quorum exempla illo loco quaerenda, quo virtutes erunt.
- 52 Peior hac *ὁμοείδεια*, quae nulla varietatis gratia levat taedium atque est tota coloris unius, qua maxime deprehenditur carens arte oratio; eaque et in sententiis et in figuris et in compositione longe

<sup>1</sup> debet, added by Halm.

---

<sup>1</sup> *Pro Cluent.* xxxv. 96. To bring out the effect criticised by Cicero, *iudicium* must be translated "judgment." But "trial" is required to give the correct sense. *ἐπανάληψις* = repetition.

<sup>2</sup> IX. ii.

in calling small things by extravagant names, though such a practice is permissible when deliberately designed to raise a laugh. Consequently we must not call a parricide a scamp, nor a man who keeps a harlot a villain, since the first epithet is too weak and the second too strong. This fault will result in 49 making our language dull, or coarse, jejune, heavy, unpleasing or slovenly, all of which faults are best realised by reference to the virtues which are their opposites, that is, point, polish, richness, liveliness, charm, and finish.

We must also avoid *μείωσις*, a term applied to 50 meagreness and inadequacy of expression, although it is a fault which characterises an obscure style rather than one which lacks ornament. But *meiosis* may be deliberately employed, and is then called a figure, as also is *tautology*, which means the repetition of a word or phrase. The latter, though not avoided 51 with special care even by the best authors, may sometimes be regarded as a fault: it is, in fact, a blemish into which Cicero not infrequently falls through indifference to such minor details: take, for example, the following passage,<sup>1</sup> "Judges, this judgment was not merely unlike a judgment." It is sometimes given another name, *ἐπανάληψις*, under which appellation it is ranked among figures, of which I shall give examples when I come to the discussion of stylistic virtues.<sup>2</sup>

A worse fault is *ὁμοιᾶς*, or sameness, a term 52 applied to a style which has no variety to relieve its tedium, and which presents a uniform monotony of hue. This is one of the surest signs of lack of art, and produces a uniquely unpleasing effect, not merely on the mind, but on the ear, on account of its same-

- non animis solum sed etiam auribus est ingrattissima.
- 53 Vitanda etiam<sup>1</sup> μακρολογία, id est longior quam oportet sermo : ut apud T. Livium, *Legati non impetrata pace retro domum, unde venerant, abierunt.* Sed huic vicina periphrasis virtus habetur. Est et πλεονασμὸς vitium, cum supervacuis verbis oratio oneratur : *Ego oculis*
- 54 *meis vidi* ; sat est enim *vidi*. Emendavit hoc etiam urbane in Hirtio Cicero, cui sapasim<sup>2</sup> cum declamans *filium a matre decem mensibus in utero latum esse dixisset, Quid ? aliae, inquit, in perula<sup>3</sup> solent ferre ?* Nonnunquam tamen illud genus, cuius exemplum priore loco posui, adfirmationis gratia adhibetur :

*Vocemque his auribus hausit.*

- 55 At vitium erit, quotiens otiosum fuerit et supererit, non cum adiicietur. Est etiam, quae περιεργία vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas, ut a diligenti curiosus et a religione superstitio distat. Atque, ut semel finiam, verbum omne, quod neque intellectum adiuvat neque ornatum, vitiosum dici potest.
- 56 Κακόζηλον, id est mala adfectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam et tumida et pusilla et praedulcia et abundantia et arcessita et exultantia sub idem

<sup>1</sup> etiam added by Christ.

<sup>2</sup> cui sapasim cum, A : cusapastium, G, while equally meaningless readings are given by later MSS. R. Unger suggested cum is Pasiphaam, Volkmann cum is apud ipsum.

<sup>3</sup> perula, Passerat : penula, MSS.

<sup>1</sup> Fr. 62, Hertz.

<sup>2</sup> perula means "a small wallet." But it is noteworthy that in Apul. Met. V. xiv. it is used = uterus, and the double-entendre was probably current in Cicero's time.

<sup>3</sup> Aen. iv. 359.

ness of thought, the uniformity of its figures, and the monotony of its structure. We must also avoid 53 *macrology*, that is, the employment of more words than are necessary, as, for instance, in the sentence of Livy, "The ambassadors, having failed to obtain peace, went back home, whence they had come."<sup>1</sup> On the other hand, *periphrasis*, which is akin to this blemish, is regarded as a virtue. Another fault is *pleonasm*, when we overload our style with a superfluity of words, as in the phrase, "I saw it with my eyes," where "I saw it" would have been sufficient. Cicero passed a witty comment on a 54 fault of this kind in a declamation of Hirtius when he said that a child had been carried for ten months in his mother's womb. "Oh," he said, "I suppose other women carry them in their bags."<sup>2</sup> Sometimes, however, the form of pleonasm, of which I have just given an example, may have a pleasing effect when employed for the sake of emphasis, as in the Virgilian phrase<sup>3</sup>:

"With mine own ears his voice I heard."

But whenever the addition is not deliberate, but 55 merely tame and redundant, it must be regarded as a fault. There is also a fault entitled *περιεργία*, which I may perhaps translate by superfluous elaboration, which differs from its corresponding virtue much as fussiness differs from industry, and superstition from religion. Finally, every word which neither helps the sense nor the style may be regarded as faulty.

*Cacozelia*, or perverse affectation, is a fault in every 56 kind of style: for it includes all that is turgid, trivial, luscious, redundant, far-fetched or extravagant, while the same name is also applied to virtues

- nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur, quid-  
 quid est ultra virtutem, quotiens ingenium iudicio  
 caret et specie boni fallitur, omnium in eloquentia  
 vitiorum pessimum. Nam cetera parum vitantur,  
 57 hoc petitur. Est autem totum in elocutione. Nam  
 rerum vitia sunt stultum, commune, contrarium,  
 supervacuum; corrupta oratio in verbis maxime im-  
 propriis, redundantibus, comprehensione obscura  
 compositione fracta, vocum similium aut ambigua-  
 58 rum puerili captatione consistit. Est autem omne  
 κακόζηλον utique falsum, etiamsi non omne falsum  
 κακόζηλον est enim quod<sup>1</sup> dicitur aliter, quam se  
 natura habet et quam oportet et quam sat est.  
 Totidem autem generibus corrumpitur oratio quot  
 ornatur. Sed de hac parte et in alio nobis opere  
 plenius dictum est et in hoc saepe tractatur et  
 adhuc spargetur omnibus locis. Loquentes enim de  
 ornatu subinde, quae sint vitanda similia virtutibus  
 vitia, dicemus.
- 59 Sunt inornata et haec: quod male dispositum est, id  
 ἀνοικονόμητον, quod male figuratum, id ἀσχημάτιστον,  
 quod male collocatum, id κακοσύνθετον vocant. Sed  
 de dispositione diximus; de figuris et compositione  
 dicemus. Σαρδισμὸς quoque appellatur quaedam mixta  
 ex varia ratione linguarum oratio, ut si Atticis  
 Dorica, Ionica, Aeolica etiam dicta confundas.

<sup>1</sup> *I have added est enim quod as the simplest way of filling up an obvious gap. Victor gives cacozelon vero est quod dicitur.*

<sup>1</sup> The lost *De causis corruptae eloquentiae*.

carried to excess, when the mind loses its critical sense and is misled by the false appearance of beauty, the worst of all offences against style, since other faults are due to carelessness, but this is deliberate. This form of affectation, however, affects style alone. For the employment of arguments which might equally well be advanced by the other side, or are foolish, inconsistent or superfluous, are all faults of matter, whereas corruption of style is revealed in the employment of improper or redundant words, in obscurity of meaning, effeminacy of rhythm, or in the childish search for similar or ambiguous expressions. Further, it always involves insincerity, even though all insincerity does not imply affectation. For it consists in saying something in an unnatural or unbecoming or superfluous manner. Style may, however, be corrupted in precisely the same number of ways that it may be adorned. But I have discussed this subject at greater length in another work,<sup>1</sup> and have frequently called attention to it in this, while I shall have occasion to mention it continually in the remaining books. For in dealing with ornament, I shall occasionally speak of faults which have to be avoided, but which are hard to distinguish from virtues.

To these blemishes may be added faulty arrangement or *ἀνοικονόμητον*, the faulty use of figures or *ἀσχημάτιστον*, and the faulty collocation of words or *κακοσύνθετον*. But, as I have already discussed arrangement, I will confine myself to the consideration of figures and structure. There is also a fault known as *Σαρδισμὸς*, which consists in the indiscriminate use of several different dialects, as, for instance, would result from mixing Doric, Ionic, and

## QUINTILIAN

60 Cui simile vitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, vetera novis, poetica vulgaribus misceat. Id enim tale monstrum, quale Horatius in prima parte libri de arte poetica fingit :

*Humano capiti cervicem pictor equinam  
Iungere si velit,*

et cetera ex diversis naturis subiiciat.

- 61 Ornatum est, quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo quod velis concipiendo et<sup>1</sup> exprimendo, tertius, qui haec nitidiora faciat, quod proprie dixeris cultum. Itaque ἐνάργειαν, cuius in praeceptis narrationis feci mentionem, quia plus est evidentia vel, ut alii dicunt, repraesentatio quam perspicuitas, et illud patet, hoc se quodammodo
- 62 ostendit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus est res de quibus loquimur clare atque, ut cerni videantur, enuntiare. Non enim satis efficit neque, ut debet, plene dominatur oratio, si usque ad aures valet atque ea sibi iudex, de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi et oculis mentis ostendi.
- 63 Sed quoniam pluribus modis accipi solet non equidem in omnes eam particulas secabo,<sup>2</sup> quarum

<sup>1</sup> The plural *primi gradus* followed by *tertius* demands the addition of some other verb beside *exprimendo*. I have added *concupicundo et*.

<sup>2</sup> secabo, *Regius* : locabo, *AG*.



even Aeolic words with Attic. A similar fault is 60 found amongst ourselves, consisting in the indiscriminate mixture of grand words with mean, old with new, and poetic with colloquial, the result being a monstrous medley like that described by Horace in the opening portion of his *Ars poetica*,<sup>1</sup>

“If a painter choose  
To place a man’s head on a horse’s neck,”

and, he proceeds to say, should add other limbs from different animals.

The ornate is something that goes beyond what 61 is merely lucid and acceptable. It consists firstly in forming a clear conception of what we wish to say, secondly in giving this adequate expression, and thirdly in lending it additional brilliance, a process which may correctly be termed embellishment. Consequently we must place among ornaments that *ἐνάργεια* which I mentioned in the rules which I laid down for the statement of facts,<sup>2</sup> because vivid illustration, or, as some prefer to call it, representation, is something more than mere clearness, since the latter merely lets itself be seen, whereas the former thrusts itself upon our notice. It is a great 62 gift to be able to set forth the facts on which we are speaking clearly and vividly. For oratory fails of its full effect, and does not assert itself as it should, if its appeal is merely to the hearing, and if the judge merely feels that the facts on which he has to give his decision are being narrated to him, and not displayed in their living truth to the eyes of the mind. But since different 63 views have been held with regard to this art of representation, I shall not attempt to divide it into

ambitiose a quibusdam numerus augetur, sed maxime necessarias attingam. Est igitur unum genus, quo tota rerum imago quodammodo verbis depingitur :

*Constitit in digitos extemplo arrectus uterque*

et cetera, quae nobis illam pugilum congregantium faciem ita ostendunt, ut non clarior futura fuerit  
 64 spectantibus. Plurimum in hoc genere sicut in ceteris eminet Cicero. An quisquam tam procul a concipiendis imaginibus rerum abest, ut non, cum illa in Verrem legit, *Stetit soleatus praetor populi Romani cum pallio purpureo tunicaque talari muliercula nixus in litore*, non solum ipsos intueri videatur et locum et habitum, sed quaedam etiam ex iis,  
 65 quae dicta non sunt, sibi ipse adstruat? Ego certe mihi cernere videor et vultum et oculos et deformes utriusque blanditias et eorum qui aderant tacitam  
 66 aversationem ac timidam verecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa quam conamur exprimere facies, ut est apud eundem (namque ad omnium ornandi virtutum exemplum vel unus sufficit) in descriptione convivii luxuriosi: *Videbar videre alios intrantes, alios autem exeuntes, quosdam ex vino vacillantes, quosdam*

<sup>1</sup> *Aen.* v. 426.

<sup>2</sup> v. xxxiii, 86.

<sup>3</sup> From the lost *pro Gallio*.

all its different departments, whose number is ostentatiously multiplied by certain writers, but shall content myself with touching on those which appear to me to be absolutely necessary. There is, then, to begin with, one form of vividness which consists in giving an actual word-picture of a scene, as in the passage beginning,

“Forthwith each hero tiptoe stood erect.”<sup>1</sup>

Other details follow which give us such a picture of the two boxers confronting each other for the fight, that it could not have been clearer had we been actual spectators. Cicero is supreme in this 64 department, as in others. Is there anybody so incapable of forming a mental picture of a scene that, when he reads the following passage from the *Verrines*,<sup>2</sup> he does not seem not merely to see the actors in the scene, the place itself and their very dress, but even to imagine to himself other details that the orator does not describe? “There on the shore stood the praetor, the representative of the Roman people, with slippered feet, robed in a purple cloak, a tunic streaming to his heels, and leaning on the arm of this worthless woman.” For my own 65 part, I seem to see before my eyes his face, his eyes, the unseemly blandishments of himself and his paramour, the silent loathing and frightened shame of those who viewed the scene. At times, again, the 66 picture which we endeavour to present is fuller in detail, as, for example, in the following description of a luxurious banquet, which is also from Cicero,<sup>3</sup> since he by himself is capable of supplying admirable examples of every kind of oratorical ornament: “I seemed to see some entering, some leaving the room,

*hesterna ex potatione oscitantes. Humus erat immunda, lutulenta, vino, coronis languidulis et spinis cooperta*  
 67 *piscium.* Quid plus videret qui intrasset? Sic et urbium captarum crescit miseratio. Sine dubio enim, qui dicit expugnatam esse civitatem, complectitur omnia quaecunque talis fortuna recipit, sed in adfectus  
 68 minus penetrat brevis hic velut nuntius. At si aperias haec, quae verbo uno inclusa erant, apparebunt effusae per domus ac templa flammae et ruentium tectorum fragor et ex diversis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alii extremo complexu suorum cohaerentes et infantium feminarumque ploratus et male usque in illum diem  
 69 servati fato senes; tum illa profanorum sacrorumque direptio, efferentium praedas repetentiumque discursus et acti ante suum quisque praedonem catenati et conata retinere infantem suum mater et, sicubi maius lucrum est, pugna inter victores.  
 70 Licet enim haec omnia, ut dixi, complectatur eversio, minus est tamen totum dicere quam omnia. Consequemur autem, ut manifesta sint, si fuerint versimilia; et licebit etiam falso adfingere quidquid

some reeling under the influence of the wine, others yawning with yesterday's potations. The floor was foul with wine-smears, covered with wreaths half-withered and littered with fishbones." What more 67 would any man have seen who had actually entered the room? So, too, we may move our hearers to tears by the picture of a captured town. For the mere statement that the town was stormed, while no doubt it embraces all that such a calamity involves, has all the curtness of a dispatch, and fails to penetrate to the emotions of the hearer. But if 68 we expand all that the one word "stormed" includes, we shall see the flames pouring from house and temple, and hear the crash of falling roofs and one confused clamour blent of many cries: we shall behold some in doubt whither to fly, others clinging to their nearest and dearest in one last embrace, while the wailing of women and children and the laments of old men that the cruelty of fate should have spared them to see that day will strike upon our ears. Then will come the pillage of treasure 69 sacred and profane, the hurrying to and fro of the plunderers as they carry off their booty or return to seek for more, the prisoners driven each before his own inhuman captor, the mother struggling to keep her child, and the victors fighting over the richest of the spoil. For though, as I have already said, the sack of a city includes all these things, it is less effective to tell the whole news at once than to recount it detail by detail. And we shall secure 70 the vividness we seek, if only our descriptions give the impression of truth, nay, we may even add fictitious incidents of the type which commonly occur. The same vivid impression may be produced

## QUINTILIAN

fieri solet. Continget eadem claritas etiam ex  
accidentibus :

*Mihi frigidus horror*  
*Membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.*

Et

*Et trepidae matres pressere ad pectora natos.*

71 Atque huius summae, iudicio quidem meo, virtutis  
facillima est via. Naturam intueamur, hanc sequ-  
amur. Omnis eloquentia circa opera vitae est,  
ad se refert quisque quae audit, et id facillime  
accipiunt animi, quod agnoscunt.

72 Praeclare vero ad inferendam rebus lucem repertae  
sunt similitudines; quarum aliae sunt, quae proba-  
tionis gratia inter argumenta ponuntur, aliae ad  
exprimendam rerum imaginem compositae, quod est  
huius loci proprium :

*Inde lupi ceu*  
*Raptores atra in nebula.*

Et

*Avi similis, quae circum litora, circum*  
*Piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta.*

73 Quo in genere id est praecipue custodiendum, ne  
id, quod similitudinis gratia adscivimus, aut ob-  
scurum sit aut ignotum. Debet enim, quod illus-  
trandae alterius rei gratia assumitur, ipsum esse

---

<sup>1</sup> *Aen.* iii. 29.

<sup>3</sup> *Aen.* ii. 355.

<sup>2</sup> *Aen.* vii. 518.

<sup>4</sup> *Aen.* iv. 254.

also by the mention of the *accidents* of each situation :

“Chill shudderings shake my limbs  
And all my blood is curdled cold with fear ;”<sup>1</sup>

or

“And trembling mothers clasped  
Their children to their breast.”<sup>2</sup>

Though the attainment of such effects is, in my 71  
opinion, the highest of all oratorical gifts, it is far  
from difficult of attainment. Fix your eyes on nature  
and follow her. All eloquence is concerned with  
the activities of life, while every man applies to  
himself what he hears from others, and the mind  
is always readiest to accept what it recognises to  
be true to nature.

The invention of *similes* has also provided an 72  
admirable means of illuminating our descriptions.  
Some of these are designed for insertion among  
our arguments to help our proof, while others are  
devised to make our pictures yet more vivid ; it is  
with this latter class of simile that I am now specially  
concerned. The following are good examples :—

“Thence like fierce wolves beneath the cloud of  
night,”<sup>3</sup>

or

“Like the bird that flies<sup>4</sup>  
Around the shore and the fish-haunted reef,  
Skimming the deep.”

In employing this form of ornament we must be 73  
especially careful that the subject chosen for our  
simile is neither obscure nor unfamiliar : for any-  
thing that is selected for the purpose of illuminating

## QUINTILIAN

clarius eo quod illuminat. Quare poetis quidem permittamus sane eiusmodi exempla :

*Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta  
Deserit aut Delum maternam invisit Apollo.*

Non idem oratorem decebit, ut occultis aperta  
74 demonstrat. Sed illud quoque, de quo in argu-  
mentis diximus, similitudinis genus ornat orationem  
facitque sublimem, floridam, iucundam, mirabilem.  
Nam quo quaeque longius petita est, hoc plus  
75 adfert novitatis atque inexpectata magis est. Illa  
vulgaria videntur et utilia tantum ad conciliandam  
fidem : *Ut terram cultu, sic animum disciplinis meliorem  
uberioremque fieri, et Ut medici abalienata morbis  
membra praecidant, ita turpes ac perniciosos, etiamsi  
nobis sanguine cohaereant, amputandos.* Iam sublimius  
illud pro Archia ; *Saxa atque solitudines voci re-  
spondent, bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque*  
76 *consistunt* et cetera. Quod quidem genus a quibus-  
dam declamatoria maxime licentia corruptum est.  
Nam et falsis utuntur nec illa iis, quibus similia  
videri volunt, applicant. Quorum utrumque in his

---

<sup>1</sup> *Aen.* iv. 143.

<sup>2</sup> v. xi. 22.

<sup>3</sup> *Pro Arch.* viii. 19.



something else must itself be clearer than that which it is designed to illustrate. Therefore while we may permit poets to employ such similes as:—

“As when Apollo wintry Lycia leaves,  
And Xanthus’ streams, or visits Delos’ isle,  
His mother’s home,”<sup>1</sup>

it would be quite unsuitable for an orator to illustrate something quite plain by such obscure allusions. But even the type of simile which I discussed in 74 connexion with arguments<sup>2</sup> is an ornament to oratory, and serves to make it sublime, rich, attractive or striking, as the case may be. For the more remote the simile is from the subject to which it is applied, the greater will be the impression of novelty and the unexpected which it produces. The following type 75 may be regarded as commonplace and useful only as helping to create an impression of sincerity: “As the soil is improved and rendered more fertile by culture, so is the mind by education,” or “As physicians amputate mortified limbs, so must we lop away foul and dangerous criminals, even though they be bound to us by ties of blood.” Far finer is the following from Cicero’s<sup>3</sup> defence of Archias: “Rock and deserts reply to the voice of man, savage beasts are oft-times tamed by the power of music and stay their onslaught,” and the rest. This type 76 of simile has, however, sadly degenerated in the hands of some of our declaimers owing to the license of the schools. For they adopt false comparisons, and even then do not apply them as they should to the subjects to which they wish them to provide a parallel. Both these faults are exemplified in two similes which were on the lips of everyone

est, quae me iuvene ubique cantari solebant, *Magnorum fluminum navigabiles fontes sunt*, et *Generosioris*  
 77 *arboris statim planta cum fructu est*. In omni autem  
 parabole aut praecedit similitudo, res sequitur, aut  
 praecedit res et similitudo sequitur. Sed interim  
 libera et separata est; interim, quod longe optimum  
 est, cum re, cuius est imago, connectitur, collatione  
 invicem respondente, quod facit redditio contraria,  
 78 quae ἀνταπόδοσις dicitur. Praecedit similitudo illa,  
 cuius modo feci mentionem :

*Inde lupi ceu  
 Raptores atra in nebula.*

Sequitur in primo Georgicon post longam de bellis  
 civilibus atque externis conquestionem :

*Ut, cum carceribus sese effudere quadrigae,  
 Addunt in spatia; et frustra retinacula tendens  
 Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.*

79 Sed hae sunt sine antapodosi. Redditio autem illa  
 rem utramque, quam comparat, velut subiicit oculis  
 et pariter ostendit. Cuius praeclara apud Vergilium  
 multa reperio exempla, sed oratoriis potius utendum  
 est. Dicit Cicero pro Murena, *Ut aiunt in Graecis  
 artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non  
 potuerint, sic apud nos videmus, qui oratores evadere non*

<sup>1</sup> *Aen.* ii. 355.

<sup>2</sup> *Georg.* i. 512.

<sup>3</sup> *Pro Mur.* xiii. 29.

when I was a young man, "Even the sources of mighty rivers are navigable," and "The generous tree bears fruit while it is yet a sapling." In every comparison the simile either precedes or follows the subject which it illustrates. But sometimes it is free and detached, and sometimes, a far better arrangement, is attached to the subject which it illustrates, the correspondence between the resemblances being exact, an effect produced by *reciprocal representation*, which the Greeks style *ἀνταπόδοσις*. For example, the simile already quoted, 77

"Thence like fierce wolves beneath the cloud of night,"<sup>1</sup> 78

precedes its subject. On the other hand, an example of the simile following its subject is to be found in the first *Georgic*, where, after the long lamentation over the wars civil and foreign that have afflicted Rome, there come the lines:

"As when, their barriers down, the chariots speed  
Lap after lap; in vain the charioteer  
Tightens the curb: his steeds ungovernable  
Sweep him away nor heeds the car the rein."<sup>2</sup>

There is, however, no *antapodosis* in these similes. 79  
Such reciprocal representation places both subjects of comparison before our very eyes, displaying them side by side. Virgil provides many remarkable examples, but it will be better for me to quote from oratory. In the *pro Murena* Cicero<sup>3</sup> says, "As among Greek musicians (for so they say), only those turn flute-players that cannot play the lyre, so here at Rome we see that those who cannot acquire the art of oratory betake themselves to the study of the

80 *potuerint, eos ad iuris studium devenire.* Illud pro eodem iam paene poetico spiritu, sed tamen cum sua redditione, quod est ad ornatum accommodatius: *Nam ut tempestates saepe certo aliquo caeli signo commoventur, saepe improvisae nulla ex certa ratione obscura aliqua ex causa concitantur, sic in hac comitiorum tempestate populari saepe intelligas, quo signo commota sit, saepe ita obscura est, ut sine causa excitata videatur.*

81 *Sunt et illae breves, Vagi per silvas ritu ferarum, et illud Ciceronis in Clodium, Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit.* Quibus similia possunt cuicumque etiam ex cotidiano sermone succurrere.

Huic subiacet virtus non solum aperte ponendi rem  
82 ante oculos, sed circumcise atque velociter. Ac merito laudatur brevitās integra; sed ea minus praestat, quotiens nihil dicit, nisi quod necesse est (*βραχυλογία* vocant, quae reddetur inter schemata), est vero pulcherrima, cum plura paucis complectimur, quale Sallustii est, *Mithridates corpore ingenti, perinde armatus.* Hoc male imitantēs sequitur obscuritas.

83 Vicina praedictae sed amplior virtus est *ἔμφασις*,

<sup>1</sup> *Pro Mur.* xvii. 36.

<sup>2</sup> Now lost.

law." There is also another simile in the same 80  
 speech,<sup>1</sup> which is almost worthy of a poet, but in  
 virtue of its *reciprocal representation* is better adapted  
 for ornament: "For as tempests are generally pre-  
 ceded by some premonitory signs in the heaven, but  
 often, on the other hand, break forth for some obscure  
 reason without any warning whatsoever, so in the  
 tempests which sway the people at our Roman  
 elections we are not seldom in a position to discern  
 their origin, and yet, on the other hand, it is fre-  
 quently so obscure that the storm seems to have  
 burst without any apparent cause." We find also 81  
 shorter similes, such as "Wandering like wild beasts  
 through the woods," or the passage from Cicero's  
 speech against Clodius:<sup>2</sup> "He fled from the court  
 like a man escaping naked from a fire." Similar  
 examples from everyday speech will occur to  
 everyone.

Such comparisons reveal the gift not merely of  
 placing a thing vividly before the eye, but of doing  
 so with rapidity and without waste of detail. The 82  
 praise awarded to perfect brevity is well-deserved;  
 but, on the other hand, *brachylogy*, which I shall  
 deal with when I come to speak of figures, that is  
 to say, the brevity that says nothing more than what  
 is absolutely necessary, is less effective, although it  
 may be employed with admirable results when it  
 expresses a great deal in a very few words, as in  
 Sallust's description of Mithridates as "huge of  
 stature, and armed to match." But unsuccessful  
 attempts to imitate this form of terseness result  
 merely in obscurity.

A virtue which closely resembles the last, but 83  
 is on a grander scale, is *emphasis*, which succeeds

## QUINTILIAN

altiolem praebens intellectum quam quem verba per se ipsa declarant. Eius duae sunt species, altera, quae plus significat quam dicit, altera, quae etiam id  
 84 quod non dicit. Prior est et apud Homerum, cum Menelaus Graios in equum *descendisse* ait (nam verbo uno magnitudinem eius ostendit), et apud Vergilium, *Demissum lapsi per funem*; nam sic quoque altitudo demonstrata est. Idem, Cyclopa cum iacuisse dixit *per antrum*, prodigiosum illud corpus spatio loci men-  
 85 sus est. Sequens positum in voce aut omnino suppressa aut etiam abscisa. Supprimitur vox, ut fecit pro Ligario Cicero: *Quodsi in hac tanta fortuna bonitas tanta non esset, quam tu per te, per te inquam, obtines: intelligo, quid loquar*. Tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem cum impellant. Absciditur per ἀποσιώπησιν quae, quoniam est figura, reddetur suo  
 86 loco. Est in vulgaribus quoque verbis émphasis: *Virum esse oportet, et Homo est ille, et Vivendum est*. Adeo similis est arti plerumque natura.

Non tamen satis eloquentiae est, ea, de quibus

<sup>1</sup> *Od.* xi. 523.

<sup>2</sup> *Aen.* ii. 262.

<sup>3</sup> *Aen.* iii. 631.

<sup>4</sup> v. 15: The passage goes on, "Then your victory would have brought bitter grief in its train. For how many of the victors would have wished you to be cruel!" Where then is the *suppressio*? Quintilian is probably quoting from memory and has forgotten the context.

<sup>5</sup> *IX.* ii. 54; iii. 60.

in revealing a deeper meaning than is actually expressed by the words. There are two kinds of *emphasis*: the one means more than it says, the other often means something which it does not actually say. An example of the former is found 84 in Homer,<sup>1</sup> where he makes Menelaus say that the Greeks *descended* into the Wooden Horse, indicating its size by a single verb. Or again, there is the following example by Virgil:<sup>2</sup>

“Descending by a rope let down,”

a phrase which in a similar manner indicates the height of the horse. The same poet,<sup>3</sup> when he says that the Cyclops lay stretched “throughout the cave,” by taking the room occupied as the standard of measure, gives an impression of the giant’s 85 immense bulk. The second kind of *emphasis* consists either in the complete suppression of a word or in the deliberate omission to utter it. As an example of complete suppression I may quote the following passage from the *pro Ligario*,<sup>4</sup> where Cicero says: “But if your exalted position were not matched by your goodness of heart, a quality which is all your own, your very own—I know well enough what I am saying——” Here he suppresses the fact, which is none the less clear enough to us, that he does not lack counsellors who would incite him to cruelty. The omission of a word is produced by *aposiopesis*, which, however, being a figure, shall be dealt with in its proper place.<sup>5</sup> *Emphasis* is 86 also found in the phrases of every day, such as “Be a man!” or “He is but mortal,” or “We must live!” So like, as a rule, is nature to art.

It is not, however, sufficient for eloquence to set

dicat, clare atque evidenter ostendere; sed sunt  
 87 multi ac varii excolendae orationis modi. Nam ipsa  
 illa ἀφέλεια simplex et inadfectata habet quendam  
 purum, qualis etiam in feminis amatur, ornatum, et  
 sunt quaedam velut e tenui diligentia circa pro-  
 prietatem significationemque munditiae. Alia copia  
 88 locuples, alia floribus laeta. Virium non unum  
 genus; nam, quidquid in suo genere satis effectum  
 est, valet. Praecipua tamen eius opera δείνωσις in  
 exaggeranda indignitate et in ceteris altitudo quae-  
 dam, φαντασία in concipiendis visionibus, ἐξεργασία  
 in efficiendo velut opere proposito, cui adiicitur  
 ἐπεξεργασία, repetitio probationis eiusdem et cumu-  
 89 lus ex abundanti, ἐνέργεια confinis his (est enim ab  
 agendo dicta) et cuius propria sit virtus non esse,  
 quae dicuntur, otiosa. Est et amarum quiddam, quod  
 fere in contumelia est positum, quale Cassii: *Quid*  
*facies, cum in bona tua invasero, hoc est, cum te docuero*  
*nescire maledicere?* Et acre, ut illud Crassi, *Ego te*  
*consulem putem, cum tu me non putes senatorem?* Sed  
 vis oratoris omnis in augendo minuendoque consistit.

---

<sup>1</sup> Cassius Severus was famous for his powers of abuse. His opponent was abusive. Cassius says that he will take a leaf out of his book and show him what real abuse is.



forth its theme in brilliant and vivid language: there are many different ways of embellishing our style. For even that absolute and unaffected simplicity which the Greeks call ἀφέλεια has in it a certain chaste ornateness such as we admire also in women, while a minute accuracy in securing propriety and precision in our words likewise produces an impression of neatness and delicacy. Again copiousness may consist either in wealth of thought or luxuriance of language. Force, too, may be shown in different ways; for there will always be force in anything that is in its own way effective. Its most important exhibitions are to be found in the following: δεινωσις, or a certain sublimity in the exaggerated denunciation of unworthy conduct, to mention no other topics; φαντασίο, or imagination, which assists us to form mental pictures of things; ἐξεργασία, or finish, which produces completeness of effect; ἐπεξεργασία, an intensified form of the preceding, which reasserts our proofs and clinches the argument by repetition; and ἐνέργεια, or vigour, a near relative of all these qualities, which derives its name from action and finds its peculiar function in securing that nothing that we say is tame. Bitterness, which is generally employed in abuse, may be of service as in the following passage from Cassius: "What will you do when I invade your special province, that is, when I show that, as far as abuse is concerned, you are a mere ignoramus?"<sup>1</sup> Pungency also may be employed, as in the following remark of Crassus: "Shall I regard you as a consul, when you refuse to regard me as a senator?" But the real power of oratory lies in enhancing or attenuating the force

Utrique parti totidem modi, ex quibus praecipuos attingemus; reliqui similes erunt; sunt autem positi  
 90 in rebus et verbis. Sed, quae sit rerum inventio ac ratio, tractavimus; nunc, quid elocutio attollat aut deprimat, dicendum.

IV. Prima est igitur amplificandi vel minuendi species in ipso rei nomine: ut cum eum, qui sit caesus, *occisum*, eum, qui sit improbus, *latronem*, contraque eum, qui pulsavit, *attigisse*, qui vulneravit, *laesisse* dicimus. Utriusque pariter exemplum est pro M. Caelio: *Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret, adulterum ego putarem, 2 si qui hanc paulo liberius salutasset?* Nam et impudicam *meretricem* vocavit, et eum, cui longus cum illa fuerat usus, *liberius salutasse*. Hoc genus increscit ac fit manifestius, si ampliora verba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur: ut Cicero in Verrem, *Non enim furem sed ereptorem, non adulterum sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum sed hostem sacrorum religionumque, non sicarium sed*

<sup>1</sup> xvi. 38.

<sup>2</sup> Verr. I. iii. 9.

of words. Each of these departments has the same number of methods; I shall touch on the more important; those omitted will be of a like character, while all are concerned either with words or things. I have, however, already dealt with the methods of invention and arrangement, and shall therefore now concern myself with the way in which style may elevate or depress the subject in hand. 90

IV. The first method of *amplification* or *attenuation* is to be found in the actual word employed to describe a thing. For example, we may say that a man who was *beaten* was *murdered*, or that a *dishonest* fellow is a *robber*, or, on the other hand, we may say that one who *struck* another merely *touched* him, and that one who *wounded* another merely *hurt* him. The following passage from the *pro Caelio*,<sup>1</sup> provides examples of both: "If a widow lives freely, if being by nature bold she throws restraint to the winds, makes wealth an excuse for luxury, and strong passions for playing the harlot, would this be a reason for my regarding a man who was somewhat free in his method of saluting her to be an adulterer?" For here he calls an immodest woman a harlot, and says that one who had long been her lover saluted her with a certain freedom. This sort of *amplification* may be strengthened and made more striking by pointing the comparison between words of stronger meaning and those for which we propose to substitute them, as Cicero does in denouncing Verres:<sup>2</sup> "I have brought before you, judges, not a thief, but a plunderer; not an adulterer, but a ravisher; not a mere committer of sacrilege, but the enemy of all religious observance and all holy things; not an assassin, 2

*crudelissimum carnificem civium sociorumque in vestrum*  
 3 *iudicium adduximus.* Illo enim modo ut sit multum,  
 hoc etiam plus ut sit efficitur. Quattuor tamen  
 maxime generibus video constare amplificationem,  
 incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie.

Incrementum est potentissimum, cum magna  
 videntur etiam quae inferiora sunt. Id aut uno  
 gradu fit aut pluribus et pervenit non modo ad  
 summum sed interim quodammodo supra summum.  
 4 Omnibus his sufficit vel unum Ciceronis exemplum:  
*Facinus est vincere civem Romanum, scelus verberare,*  
*prope parricidium necare: quid dicam in crucem tollere?*  
 Nam et, si tantum verberatus esset, uno gradu in-  
 creverat, ponendo etiam id esse *facinus*, quod erat  
 5 inferius; et, si tantum occisus esset, per plures  
 gradus ascenderat; cum vero dixerit, *prope parrici-*  
*dium necare*, supra quod nihil est, adiecit *quid dicam*  
*in crucem tollere?* Ita, cum id, quod maximum est,  
 occupasset, necesse erat in eo, quod ultra est, verba  
 6 deficere. Fit et aliter supra summum adiectio, ut  
 apud Vergilium de Lauso:

*quo pulchrior alter*

*Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.*

Summum est enim, *quo pulchrior alter non fuit*; huic

<sup>1</sup> *Verr.* v. lxvi. 170.

<sup>2</sup> *Aen.* vii. 649.

but a bloodthirsty butcher who has slain our fellow-citizens and our allies." In this passage the first epithets are bad enough, but are rendered still worse by those which follow. I consider, however, that there are four principal methods of *amplification*: *augmentation*, *comparison*, *reasoning* and *accumulation*.

Of these, *augmentation* is most impressive when it lends grandeur even to comparative insignificance. This may be effected either by one step or by several, and may be carried not merely to the highest degree, but sometimes even beyond it. A single example from Cicero<sup>1</sup> will suffice to illustrate all these points. "It is a sin to bind a Roman citizen, a crime to scourge him, little short of the most unnatural murder to put him to death; what then shall I call his crucifixion?" If he had merely been scourged, we should have had but one step, indicated by the description even of the lesser offence as a *sin*, while if he had merely been killed, we should have had several more steps; but after saying that it was "little short of the most unnatural murder to put him to death," and mentioning the worst of crimes, he adds, "What then shall I call his crucifixion?" Consequently, since he had already exhausted his vocabulary of crime, words must necessarily fail him to describe something still worse. There is a second method of passing beyond the highest degree, exemplified in Virgil's description of Lausus:<sup>2</sup>

"Than whom there was not one more fair  
Saving Laurentian Turnus."

For here the words "than whom there was not

## QUINTILIAN

7 deinde aliquid superpositum. Tertius quoque est  
 modus, ad quem non per gradus itur et quod non  
 est plus maximo, sed quo nihil maius est; *Matrem*  
*tuam cecidisti. Quid dicam amplius? Matrem tuam*  
*cecidisti.* Nam et hoc augendi genus est tantum  
 8 aliquid efficere, ut non possit augeri. Crescit oratio  
 minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum  
 citra distinctionem in contextu et cursu semper  
 aliquid priore maius insequitur: ut de vomitu in  
 Antonium Cicero, *In coetu vero populi Romani, negotium*  
*publicum gerens, magister equitum.* Singula incremen-  
 tum habent. Per se deforme vel non in *coetu* vomere,  
 in *coetu* etiam non *populi*, *populi* etiam non *Romani*,  
 vel si nullum *negotium* ageret, vel si non *publicum*,  
 9 vel si non *magister equitum.* Sed alius divideret haec  
 et circa singulos gradus moraretur; hic in sublime  
 etiam cucurrit et ad summum non pervenit nisu,  
 sed impetu.

Verum ut haec amplificatio in superiora tendit,  
 ita, quae fit per comparisonem, incrementum ex  
 minoribus petit. Augendo enim, quod est infra,

---

<sup>1</sup> *Phil.* II. xxv. 63.

one more fair" give us the superlative, on which the poet proceeds to superimpose a still higher degree. There is also a third sort, which is not attained by gradation, a height which is not a degree beyond the superlative, but such that nothing greater can be conceived. "You beat your mother. What more need I say? You beat your mother." For to make a thing so great as to be incapable of augmentation is in itself a kind of augmentation. It is also possible to heighten our style less obviously, but perhaps yet more effectively, by introducing a continuous and unbroken series in which each word is stronger than the last, as Cicero<sup>1</sup> does when he describes how Antony vomited "before an assembly of the Roman people, while performing a public duty, while Master of the Horse." Each phrase is more forcible than that which went before. Vomiting is an ugly thing in itself, even when there is no assembly to witness it; it is ugly when there is such an assembly, even though it be not an assembly of the people; ugly even though it be an assembly of the people and not the Roman people; ugly even though he were engaged on no business at the time, even if his business were not public business, even if he were not Master of the Horse. Another might have broken up the series and lingered over each step in the ascending scale, but Cicero hastens to his climax and reaches the height not by laborious effort, but by the impetus of his speed.

Just as this form of *amplification* rises to a climax, so, too, the form which depends on *comparison* seeks to rise from the less to the greater, since by raising what is below it must necessarily exalt that which

## QUINTILIAN

necesse est extollat id quod supra positum est: ut  
 10 idem atque in eodem loco, *Si hoc tibi inter cenam et  
 in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe  
 duceret? In coetu vero populi Romani* —. Et in  
 Catilinam: *Servi mehercules mei si me isto pacto  
 metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam*  
 11 *relinquendam putarem.* Interim proposito velut simili  
 exemplo effieiendum est, ut sit maius id quod a  
 nobis exaggerandum est: ut idem pro Cluentio,  
 cum exposuisset, Milesiam quandam a secundis here-  
 dibus pro abortu pecuniam accepisse, *Quanto est,  
 inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio  
 dignus? Siquidem illa, cum suo corpori vim attulisset,  
 se ipsa cruciavit; hic autem idem illud effecit per alieni*  
 12 *corporis vim atque cruciatum.* Nec putet quisquam  
 hoc, quanquam est simile illi ex argumentis loco,  
 quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse.  
 Illic enim probatio petitur, hic amplificatio; sicut in  
 Oppianico non id agitur hac comparatione, ut ille  
 male fecerit sed ut peius. Est tamen quanquam  
 diversarum rerum quaedam vicinia. Repetam itaque  
 hic quoque idem quo sum illic usus exemplum, sed  
 13 non in eundem usum. Nam hoc mihi ostendendum

<sup>1</sup> *Phil.* II. xxv. 63.

<sup>3</sup> xi. 32.

<sup>2</sup> *Phil.* I. vii. 17.

<sup>4</sup> *cp.* v. xiii. 24.



is above, as, for example: in the following passage:<sup>1</sup>  
 "If this had befallen you at the dinner-table, in 10  
 the midst of your amazing potations, who would  
 not have thought it unseemly? But it occurred at  
 an assembly of the Roman people." Or take this  
 passage from the speech against Catiline:<sup>2</sup> "In  
 truth, if my slaves feared me as all your fellow-  
 citizens fear you, I should think it wise to leave my  
 house." At times, again, we may advance a parallel 11  
 to make something which we desire to exaggerate  
 seem greater than ever, as Cicero does in the *pro*  
*Cluentio*,<sup>3</sup> where, after telling a story of a woman  
 of Miletus who took a bribe from the reversionary  
 heirs to prevent the birth of her expected child,  
 he cries, "How much greater is the punishment  
 deserved by Oppianicus for the same offence! For  
 that woman, by doing violence to her own body  
 did but torture herself, whereas he procured  
 the same result by applying violence and torture  
 to the body of another." I would not, however, 12  
 have anyone think that this method is identical  
 with that used in argument, where the greater is  
 inferred from the less, although there is a certain  
 resemblance between the two. For in the latter  
 case we are aiming at proof, in the former at  
*amplification*; for example, in the passage just cited  
 about Oppianicus, the object of the comparison is  
 not to show that his action was a crime, but that  
 it was even worse than another crime. There is,  
 however, a certain affinity between the two methods,  
 and I will therefore repeat<sup>4</sup> a passage which I  
 quoted there, although my present purpose is  
 different. For what I have now to demonstrate is 13  
 that when amplification is our purpose we com-

- est, augendi gratia non tota modo totis, sed etiam partes partibus comparari : sicut hoc loco, *An vero vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit : Catilinam orbem terrae caede atque incendio*
- 14 *vastare cupientem nos consules perferemus?* Hic et Catilina Graccho et status rei publicae orbi terrarum et mediocris labefactatio caedi et incendiis et vastationi et privatus consulibus comparatur; quae si quis dilatare velit, plenos singula locos habent.
- 15 Quas dixi per ratiocinationem fieri amplificationes, viderimus an satis proprio verbo significaverim. Nec sum in hoc sollicitus, dum res ipsa volentibus discere appareat. Hoc sum tamen secutus, quod haec amplificatio alibi posita est alibi valet; ut aliud crescat aliud augetur, inde ad id, quod extolli
- 16 volumus, ratione ducitur. Obiecturus Antonio Cicero merum et vomitum, *Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate.* Quid fauces et latera ad ebrietatem? Minime sunt otiosa; nam respicientes ad haec possumus aestimare, quan-

<sup>1</sup> *Cat.* i. i. 3.

<sup>2</sup> *Phil.* ii. xxv. 63.

pare not merely whole with whole, but part with part, as in the following passage :<sup>1</sup> "Did that illustrious citizen, the pontifex maximus, Publius Scipio, acting merely in his private capacity, kill Tiberius Gracchus when he introduced but slight changes for the worse that did not seriously impair the constitution of the state, and shall we as consuls suffer Catiline to live, whose aim was to lay waste the whole world with fire and sword?" Here 14  
 Catiline is compared to Gracchus, the constitution of the state to the whole world, a slight change for the worse to fire and sword and desolation, and a private citizen to the consuls, all comparisons affording ample opportunity for further individual expansion, if anyone should desire so to do.

With regard to the *amplification* produced by 15  
*reasoning*, we must consider whether *reasoning* quite expresses my meaning. I am not a stickler for exact terminology, provided the sense is clear to any serious student. My motive in using this term was, however, this, that this form of amplification produces its effect at a point other than that where it is actually introduced. One thing is magnified in order to effect a corresponding augmentation elsewhere, and it is by reasoning that our hearers are then led on from the first point to the second which we desire to emphasise. Cicero, when he is about 16  
 to reproach Antony with his drunkenness and vomiting, says,<sup>2</sup> "You with such a throat, such flanks, such burly strength in every limb of your prize-fighter's body," etc. What have his throat and flanks to do with his drunkenness? The reference is far from pointless: for by looking at them we are enabled to estimate the quantity of

tum ille vini in Hippiae nuptiis exhausserit, quod ferre et concoquere<sup>1</sup> non posset illa corporis gladiatoria firmitate. Ergo, si ex alio colligitur aliud, nec improprium nec inusitatum nomen est ratiocinationis, ut quod ex eadem causa inter status quoque habeamus.

- 17 Sic et ex insequentibus amplificatio ducitur, siquidem tanta vis fuit vini erumpentis, ut non casum adferret aut voluntatem sed necessitatem, ubi minime deceret, vomendi, et cibus non recens, ut accidere interim solet, redderetur, sed usque in posterum diem redun-
- 18 daret. Idem hoc praestant, quae antecesserunt. Nam cum Aeolus a Iunone rogatus

*cavum conversa cuspidē montem .*

*Impulit in latus, ac venti velut agmine facto*

*. . . ruunt,*

- 19 apparet, quanta sit futura tempestas. Quid? cum res atrocissimas quasque in summam ipsi extulimus invidiam elevamus consulto, quo graviora videantur quae secutura sunt, ut a Cicerone factum est, cum illa diceret, *Levia sunt haec in hoc reo. Metum virgarum nauarchus nobilissimae civitatis pretio redemit : humanum est. Alius, ne securi feriretur, pecuniam dedit : usitatum*
- 20 *est.* Nonne usus est ratiocinatione,<sup>2</sup> qua colligerent

<sup>1</sup> concoquere, *Spalding* : conquerere, *B* : quod coquere, *A*.

<sup>2</sup> ratiocinatione, *Regius* : ratione, *MSS*.

<sup>1</sup> See III. vi. 43 *sqq.* VII. v. 2.

<sup>2</sup> *Aen.* i. 81.

<sup>3</sup> *Verr.* 5, 44, 177.

the wine which he drank at Hippias' wedding, and was unable to carry or digest in spite of the fact that his bodily strength was worthy of a prize-fighter. Accordingly if, in such a case, one thing is inferred from another, the term *reasoning* is neither improper nor extraordinary, since it has been applied on similar grounds to one of the *bases*.<sup>1</sup> So, again, amplification results from subsequent 17 events, since the violence with which the wine burst from him was such that the vomiting was not accidental nor voluntary, but a matter of necessity, at a moment when it was specially unseemly, while the food was not recently swallowed, as is sometimes the case, but the residue of the revel of the preceding day. On the other hand, *ampli-* 18 *fication* may equally result from antecedent circumstances; for example, when Juno made her request to Aeolus, the latter<sup>2</sup>

“Turned his spear and smote

The mountain's caverned side, and forth the winds  
Rushed in a throng,”

whereby the poet shows what a mighty tempest will ensue. Again, when we have depicted some horrible 19 circumstance in such colours as to raise the detestation of our audience to its height, we then proceed to make light of them in order that what is to follow may seem still more horrible: consider the following passage from Cicero: <sup>3</sup> “These are but trivial offences for so great a criminal. The captain of a warship from a famous city bought off his threatened scourging for a price: a humane concession! Another paid down a sum of money to save his head from the axe: a perfectly ordinary circumstance!” Does 20

## QUINTILIAN

audientes, quantum illud esset quod inferebatur, cui comparata haec viderentur humana atque usitata? Sic quoque solet ex alio aliud augeri: ut cum Hannibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis, et fortitudinem Gallorum Germanorumque miramur, 21 quo sit maior C. Caesaris gloria. Illud quoque est ex relatione ad aliquid, quod non eius rei gratia dictum videtur, amplificationis genus. Non putant indignum Troiani principes, Graios Troianosque propter Helenae speciem tot mala tanto temporis spatio sustinere: quaeenam igitur illa forma credenda est? Non enim hoc dicit Paris, qui rapuit, non aliquis iuvenis aut unus e vulgo, sed senes et prudentissimi 22 et Priamo assidentes. Verum et ipse rex decennii bello exhaustus, amissis tot liberis, imminente summo discrimine, cui faciem illam, ex qua tot lacrimarum origo fluxisset, invisam atque abominandam esse oportebat, et audit haec et eam filiam appellans iuxta se locat et excusat etiam atque sibi esse 23 malorum causam negat. Nec mihi videtur in Symposio Plato, cum Alcibiadem confitentem de se, quid a Socrate pati voluerit, narrat, ut illum culparet, haec tradidisse, sed ut Socratis invictam continentiam ostenderet, quae corrumpi speciosissimi hominis tam

---

<sup>1</sup> *Il.* iii. 156.

<sup>2</sup> 218B-219D.

not the orator employ a process of reasoning to enable the audience to infer how great the implied crime must be when such actions were but humane and ordinary in comparison? So, again, one thing may be magnified by allusion to another: the valour of Scipio is magnified by extolling the fame of Hannibal as a general, and we are asked to marvel at the courage of the Germans and the Gauls in order to enhance the glory of Gaius Caesar. There 21 is a similar form of *amplification* which is effected by reference to something which appears to have been said with quite another purpose in view. The chiefs of Troy<sup>1</sup> think it no discredit that Trojan and Greek should endure so many woes for so many years all for the sake of Helen's beauty. How wondrous, then, must her beauty have been! For it is not Paris, her ravisher, that says this; it is not some youth or one of the common herd; no, it is the elders, the wisest of their folk, the counsellors of Priam. Nay, even the king himself, worn out by a 22 ten years' war, which had cost him the loss of so many of his sons, and threatened to lay his kingdom in the dust, the man who, above all, should have loathed and detested her beauty, the source of all those tears, hears these words, calls her his daughter, and places her by his side, excuses her guilt, and denies that she is the cause of his sorrows. Again, when 23 Plato in the *Symposium*<sup>2</sup> makes Alcibiades confess how he had wished Socrates to treat him, he does not, I think, record these facts with a view to blaming Alcibiades, but rather to show the unconquerable self-control of Socrates, which would not yield even to the charms which the greatest beauty of his day so frankly placed at his disposal.

24 obvia voluntate non posset. Quin ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur. Huc pertinet clipeus Aiacis et Pelias Achillis. Qua virtute egregie est usus in Cyclope Vergilius. Nam quod illud corpus mente concipiam, cuius

*Trunca manum pinus regil?*

25 Quid? cum *vix loricam duo multiplicem connixi humeris ferunt*, quantus Demoleos, qui indutus ea

*cursu palantes Troas agebat?*

Quid? M. Tullius de M. Antonii luxuria tantum fingere saltem potuisset, quantum ostendit dicendo, *Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis stratos lectos videres?* Conchyliata peristromata et Cn. Pompeii terunt servi in cellis: nihil dici potest ultra, et necesse est tamen infinito plus in domino cogitare.<sup>1</sup> Est hoc simile illi, quod *ἐμφασις* dicitur; sed illa ex verbo, hoc ex re coniecturam facit tantoque plus valet, quanto res ipsa verbis est firmior.

---

<sup>1</sup> *Il.* vii. 219.      <sup>2</sup> *Il.* xvi. 140.      <sup>3</sup> *Aen.* iii. 659.

<sup>4</sup> *Aen.* v. 264.

<sup>5</sup> *Phil.* ii. 27.



We are even given the means of realising the 24  
 extraordinary stature of the heroes of old by the  
 description of their weapons, such as the shield of  
 Ajax<sup>1</sup> and the spear-shaft of Achilles<sup>2</sup> hewn in the  
 forests of Pelion. Virgil<sup>3</sup> also has made admirable  
 use of this device in his description of the Cyclops.  
 For what an image it gives us of the bulk of that  
 body

“Whose hand was propped by a branchless trunk of  
 pine.”

So, too, what a giant must Demoleos<sup>4</sup> have been, 25  
 whose

“corselet manifold

Scarce two men on their shoulders could uphold”

And yet the hero buckled it upon him and

“Drave the scattering Trojans at full speed.”

And again, Cicero<sup>5</sup> could hardly even have con-  
 ceived of such luxury in Antony himself as he  
 describes when he says, “You might see beds in  
 the chambers of his slaves strewn with the purple  
 coverlets that had once been Pompey’s own.” Slaves  
 are using purple coverlets in their chambers, aye,  
 and coverlets that had once been Pompey’s! No  
 more, surely, can be said than this, and yet it leaves  
 us to infer how infinitely greater was the luxury of  
 their master. This form of *amplification* is near akin 26  
 to *emphasis*: but emphasis derives its effect from  
 the actual words, while in this case the effect is  
 produced by inference from the facts, and is con-  
 sequently far more impressive, inasmuch as facts are  
 more impressive than words.

Potest adscribi amplificationi congeries quoque verborum ac sententiarum idem significantium. Nam, etiamsi non per gradus ascendant, tamen velut  
 27 acervo quodam adlevantur: *Quid enim tuus ille, Tubero, dstrictus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* Simile est hoc figurae, quam *συναθροισμὸν* vocant; sed illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplicatio. Haec etiam crescere solet verbis omnibus altius atque altius insurgentibus: *Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum et civium Romanorum, lictor Sextius.*

28 Eadem fere est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascendentibus quot descendentibus gradus. Ideoque uno ero exemplo contentus eius loci, quo Cicero de oratione Rulli haec dicit: *Pauci tamen, qui proximi adstiterant, nescio quid illum de lege agraria voluisse dicere suspicabantur.* Quod si ad intellectum referas, minutio est, si ad obscuritatem, incrementum.

29 Scio posse videri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoque, nam et haec in utraque partem

<sup>1</sup> *Pro Lig.* iii. 9.

<sup>2</sup> "accumulation."

<sup>3</sup> *Verr.* v. xlv. 118.

<sup>4</sup> *Leg. Agr.* II. v. 13.

*Accumulation* of words and sentences identical in meaning may also be regarded under the head of *amplification*. For although the climax is not in this case reached by a series of steps, it is none the less attained by the piling up of words. Take the following example: <sup>1</sup> "What was that sword of yours <sup>27</sup> doing, Tubero, the sword you drew on the field of Pharsalus? Against whose body did you aim its point? What meant those arms you bore? Whither were your thoughts, your eyes, your hand, your fiery courage directed on that day? What passion, what desires were yours?" This passage recalls the figure styled *συναθροισμός* <sup>2</sup> by the Greeks, but in that figure it is a number of different things that are accumulated, whereas in this passage all the accumulated details have but one reference. The heightening of effect may also be produced by making the words rise to a climax. <sup>3</sup> "There stood the porter of the prison, the praetor's executioner, the death and terror of the citizens and allies of Rome, the lictor Sextius."

*Attenuation* is effected by the same method, since <sup>28</sup> there are as many degrees of descent as ascent. I shall therefore content myself with quoting but one example, namely, the words used by Cicero <sup>4</sup> to describe the speech of Rullus: "A few, however, who stood nearest to him suspected that he had intended to say something about the agrarian law." This passage may be regarded as providing an example of *attenuation* or of *augmentation*, according as we consider its literal meaning or fix our attention on the obscurity attributed to Rullus.

I know that some may perhaps regard *hyperbole* <sup>29</sup> as a species of *amplification*, since *hyperbole* can be

valet; sed quia excedit<sup>1</sup> hoc nomen in tropos, differenda est. Quos continuo subiungerem, nisi esset a ceteris separata ratio dicendi, [quae constat non propriis sed translatis].<sup>2</sup> Demus ergo breviter hoc desiderio iam paene publico, ne omittamus eum, quem plerique praecipuum ac paene solum putant orationis ornatum.

V. Sententiam veteres, quod animo sensissent, vocaverunt. Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu cotidiano quasdam reliquias habet; nam et iuraturi *ex animi nostri sententia* et gratulantes *ex sententia* dicimus. Non raro tamen et sic locuti sunt, ut *sensa* sua dicerent; nam *sensus* corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, ut mente concepta *sensus* vocaremus, lumina autem praecipueque in clausulis posita *sententias*; quae minus celebratae apud antiquos nostris temporibus modo carent. Ideoque mihi et de generibus earum et de usu arbitror pauca dicenda.

3 Antiquissimae sunt, quae proprie, quamvis omnibus idem nomen sit, sententiae vocantur, quas Graeci

<sup>1</sup> excedit, B: excidit, A.

<sup>2</sup> Halm brackets quae . . . translatis as a gloss. The sense is unsatisfactory, but no satisfactory correction seems possible.

<sup>1</sup> See ch. vi.

employed to create an effect in either direction. But as the name is also applied to one of the *tropes*, I must postpone its consideration for the present. I would proceed to the immediate discussion of this subject but for the fact that others have given separate treatment to this form of artifice, [which employs words not in their literal, but in a metaphorical sense<sup>1</sup>]. I shall therefore at this point indulge a desire now almost universal, and discuss a form of ornament which many regard as the chief, nay, almost the sole adornment of oratory.

V. When the ancients used the word *sententia*, they meant a feeling, or opinion. The word is frequently used in this sense by orators, and traces of this meaning are still found even in the speech of every day. For when we are going to take an oath we use the phrase *ex animi nostri sententia* (in accordance with what we hold is the solemn truth), and when we offer congratulations, we say that we do so *ex sententia* (with all our heart). The ancients, indeed, often expressed the same meaning by saying that they uttered their *sensa*; for they regarded *sensus* as referring merely to the senses of the body. But modern usage applies *sensus* to concepts of the 2 mind, while *sententia* is applied to striking reflexions such as are more especially introduced at the close of our periods, a practice rare in earlier days, but carried even to excess in our own. Accordingly, I think that I ought to say something of the various forms which such reflexions may take and the manner in which they should be used.

Although all the different forms are included 3 under the same name, the oldest type of *sententia*, and that in which the term is most correctly applied,

γνώμας appellant; utrumque autem nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis. Est autem haec vox universalis, quae etiam citra complexum causae possit esse laudabilis, interim ad rem tantum relata, ut *Nihil est tam populare quam bonitas*, interim ad personam, quale est Afri Domitii, *Princeps, qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere*. Hanc quidam partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epichirematis esse dixerunt; et est aliquando, non tamen semper. Illud verius esse eam aliquando simplicem, ut ea, quae supra dixi, aliquando ratione subiecta: *Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur*; nonnunquam duplicem:

*Obsequium amicos, veritas odium parit.*

5 Sunt etiam, qui decem genera fecerint, sed eo modo, quo fieri vel plura possunt, per interrogationem, per comparationem, infitiationem, similitudinem, admira-

<sup>1</sup> Cic. *pro Lig.* xii. 37.

<sup>2</sup> The premises of the enthymeme are simple, while those of the epichireme are supported by a *reason*. See v. xiv.

<sup>3</sup> *Sall. Jug.* 10.

<sup>4</sup> *Ter. Andr.* I. i. 41.

BOOK VIII. v. 3-5

is the aphorism, called *γνώμη* by the Greeks. Both the Greek and the Latin names are derived from the fact that such utterances resemble the decrees or resolutions of public bodies. The term, however, is of wide application (indeed, such reflexions may be deserving of praise even when they have no reference to any special context), and is used in various ways. Sometimes it refers merely to things, as in the sentence: "There is nothing that wins the affections of the people more than goodness of heart."<sup>1</sup> Occasionally, again, they may have a personal reference, as in the following utterance of Domitius Afer: "The prince who would know all, must needs ignore much." Some have called <sup>4</sup> this form of *reflexion* a part of the *enthymeme*, others the major premise or conclusion of the *epichireme*, as it sometimes, though not invariably, is. More correct is the statement that at times it is simple, as in the example just quoted, while at other times a reason for the statement may be added,<sup>2</sup> such as the following:<sup>3</sup> "For in every struggle, the stronger seems not to suffer wrong, even when this is actually the case, but to inflict it, simply in virtue of his superior power." Sometimes, again, it may be double, as in the statement that

"Complaisance wins us friends, truth enmity."<sup>4</sup>

There are some even who classify them under ten <sup>5</sup> heads, though the principle on which they make this division is such that it would justify a still larger number: they class them as based on interrogation, comparison, denial, similarity, admiration, and the like, for they can be treated under every

tionem, et cetera huiusmodi; per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diversis:

*Mors misera non est, aditus ad mortem est miser.*

6 Ac rectae quidem sunt tales:

*Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet.*

Sed maiorem vim accipiunt et mutatione figurae, ut

*Usque adeone mori miserum est?*

acrius hoc enim quam per se, *Mors misera non est.*

Et translatione a communi ad proprium; nam, cum sit rectum, *Nocere facile est, prodesse difficile*, vehementius apud Ovidium Medea dicit,

*Servare potui; perdere an possim, rogas?*

7 Vertit ad personam Cicero: *Nihil habet, Caesar, nec fortuna tua maius quam ut possis, nec natura melius quam ut velis servare quam plurimos.* Ita, quae erant rerum, propria fecit hominis. In hoc genere custodiendum est et id, quod ubique, ne crebrae sint, ne palam falsae (quales frequenter ab iis dicuntur,

<sup>1</sup> Author unknown.

<sup>2</sup> Publil. Syr. Sent. 486.

<sup>3</sup> Aen. xii. 646.

<sup>4</sup> In his lost tragedy, the Medea.

<sup>5</sup> Pro Lig. xii. 38.



kind of figure. A striking type is that which is produced by opposition :

“Death is not bitter, but the approach to death.”<sup>1</sup>

Others are cast in a form of a direct statement, 6 such as

“The miser lacks  
That which he has no less than what he has  
not.”<sup>2</sup>

But they acquire greater force by a change in the *figure* employed, as in the following :

“Is it so bitter, then, to die?”<sup>3</sup>

For this is more vigorous than the simple statement, “Death is not bitter.” A similar effect may be produced by transference of the statement from the general to the particular. For example, although the direct statement would be, “To hurt is easy, but to do good is hard.” Ovid<sup>4</sup> gives this reflexion increased force when he makes Medea say,

“I had the power to save, and ask you then  
If I have power to ruin?”

Cicero<sup>5</sup> again gives the general statement a personal 7 turn when he says: “Caesar, the splendour of your present fortune confers on you nothing greater than the power and nothing better than the will to save as many of your fellow-citizens as possible.” For here he attributes to Caesar what was really attributable to the circumstances of his power. In this class of *reflexion* we must be careful, as always, not to employ them too frequently, nor at random, nor place them in the mouth of every kind of person,

qui haec καθολικὰ vocant, et, quidquid pro causa videtur, quasi indubitatum pronuntiant), et ne passim  
8 et a quocunque dicantur. Magis enim decet eos, in quibus est auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum aut adolescentulum aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo et quodammodo praecipiat?

9 Enthymema quoque est omne quod mente concepimus; proprie tamen dicitur, quae est sententia ex contrariis, propterea quod eminere inter ceteras videtur, ut Homerus poeta, urbs Roma. De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper autem ad  
10 probationem adhibetur sed aliquando ad ornatum: *Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio?* Non quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia, ut id  
11 iniustum appareret, effectum erat; et addita in clausula est epiphonematis modo non tam probatio quam extrema quasi insultatio. Est enim epiphonema rei narratae vel probatae summa acclamatio:

*Tantae molis erat Romanam condere gentem!*

*Facere enim probus adolescens periculose quam perpeti*

---

<sup>1</sup> See v. x. 2, and again, for greater detail, v. xiv. 1 (note at end), where an example of this type of *sententia* is given from the *pro Milone* (ch. 29) "You are sitting to avenge the death of one whom you would be unwilling to restore to life even if you thought it was in your power to restore it!"

<sup>2</sup> *Pro Lig.* iv. 10.

<sup>3</sup> *Aen.* i. 33.

while we must make certain that they are not untrue, as is so often the case with those speakers who style them *reflexions of universal application* and recklessly employ whatever seems to support their case as though its truth were beyond question. Such reflexions are best suited to those speakers whose authority is such that their character itself will lend weight to their words. For who would tolerate a boy, or a youth, or even a man of low birth who presumed to speak with all the authority of a judge and to thrust his precepts down our throats?

The term *enthymeme* may be applied to any concept of the mind, but in its strict sense means a *reflexion* drawn from contraries. Consequently, it has a supremacy among *reflexions* which we may compare to that of Homer among poets and Rome among cities. I have already said enough on this topic in dealing with arguments.<sup>1</sup> But the use of the enthymeme is not confined to proof, it may sometimes be employed for the purpose of ornament, as in the following instance:<sup>2</sup> "Caesar, shall the language of those whom it is your glory to have spared goad you to imitate their own cruelty?" Cicero's motive in saying this is not that it introduces any fresh reason for clemency, but because he has already demonstrated by other arguments how unjust such conduct would be, while he adds it at the period's close as an *epiphonema*, not by way of proof, but as a crowning insult to his opponents. For an *epiphonema* is an exclamation attached to the close of a statement or a proof by way of climax. Here are two examples:

"Such toil it was to found the Roman race!"<sup>3</sup>

and "The virtuous youth preferred to risk his life

- 12 *turpiter maluit*. Est et, quod appellatur a novis noema qua voce omnis intellectus accipi potest; sed hoc nomine donarunt ea quae non dicunt, verum intelligi volunt: ut in eum, quem saepius a ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti recidisset, *Eras dignus, ut haberes integram*
- 13 *manum*, sic enim auditur *ut depugnares*. Vocatur aliquid et clausula; quae, si est quod conclusionem dicimus, et recta et quibusdam in partibus necessaria est: *Quare prius de vestro facto fateamini necesse est, quam Ligarii culpam ullam reprehendatis*. Sed nunc aliud volunt, ut omnis locus, omnis sensus in fine
- 14 sermonis feriat aurem. Turpe autem ac prope nefas ducunt, respirare ullo loco, qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptique sensiculi et extra rem petiti; neque enim possunt tam multae bonae sententiae esse, quam necesse est multae sint clausulae.
- 15 Iam haec magis nova sententiarum genera. Ex inopinato: ut dixit Vibius Crispus in eum, qui, cum loricatus in foro ambularet, praetendebat id se metu

---

<sup>1</sup> Cic. *pro Mil.* iv. 9, *cp.* v. xi. 13.

<sup>2</sup> *Pro Lig.* i. 2. It is a conclusion in the logical sense. But *clausula* more commonly means "close, conclusion, cadence" of a period.  *Cp.* what follows.

by slaying him to suffering such dishonour.”<sup>1</sup> There 12  
 is also what our modern rhetoricians call the *noema*,  
 a term which may be taken to mean every kind of  
*conception*, but is employed by them in the special  
 sense of things which they wish to be understood,  
 though they are not actually said, as in the declama-  
 tion where the sister defends herself against the  
 brother whom she had often bought out from the  
 gladiatorial school, when he brought an action  
 against her demanding the infliction of a similar  
 mutilation because she had cut off his thumb while  
 he slept: “You deserved,” she cries, “to have all  
 your fingers,” meaning thereby, “You deserved to  
 be a gladiator all your days.” There is also what 13  
 is called a *clausula*. If this merely means a *con-*  
*clusion*, it is a perfectly correct and sometimes a  
 necessary device, as in the following case: “You  
 must, therefore, first confess your own offence before  
 you accuse Ligarius of anything.”<sup>2</sup> But to-day  
 something more is meant, for our rhetoricians want  
 every passage, every sentence to strike the ear by  
 an impressive close. In fact, they think it a dis- 14  
 grace, nay, almost a crime, to pause to breathe  
 except at the end of a passage that is designed to  
 call forth applause. The result is a number of tiny  
 epigrams, affected, irrelevant and disjointed. For  
 there are not enough striking reflexions in the world  
 to provide a close to every period.

The following forms of reflexion are even more 15  
 modern. There is the type which depends on sur-  
 prise for its effect, as, for example, when Vibius  
 Crispus, in denouncing the man who wore a breast-  
 plate when strolling in the forum and alleged that  
 he did so because he feared for his life, cried, “Who

- facere, *Quis tibi sic timere permisit?* Et insigniter Africanus apud Neronem de morte matris, *Rogant te, Caesar, Galliae tuae, ut felicitatem tuam fortiter feras.*
- 16 Sunt et alio relata: ut Afer Domitius, cum Cloatillam defenderet, cui obiectum crimen, quod virum qui inter rebellantes fuerat sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios eius adloquens, *Matrem tamen*, inquit,
- 17 *pueri sepelilote.* Et aliunde petita, id est in alium locum ex alio translata. Pro Spatale Crispus, quam qui heredem amator instituerat decessit, cum haberet annos duodeviginti, *Hominem divinum, qui*
- 18 *sibi indulisit.* Facit quasdam sententias sola geminatio, qualis est Senecae in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occisa matre, cum se periclitatum videri vellet: *Salvum me esse adhuc nec credo nec gaudeo.* Melior, cum ex contrariis valet: *Habeo quem fugiam; quem sequar non habeo.* Quid, quod
- 19 *miser, cum loqui non posset, tacere non poterat?* Ea vero fit pulcherrima, cum aliqua comparatione clarescit. Trachalus contra Spatalen: *Placet hoc ergo, leges, diligentissimae pudoris custodes, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus?*

---

<sup>1</sup> The point is uncertain. Possibly, as Gesner suggests, the sons were accusing their mother.

<sup>2</sup> *sibi indulisit* would seem to mean his appointing S. his heir and then being kind enough to die so soon! But the point is uncertain. <sup>3</sup> Cic. *ad Att.* VIII. vii. 2.

<sup>4</sup> Probably from the lost *in Pisonem*, since St. Jerome in a letter to Oceanus says *postea vero Pisoniano vitio, cum loqui non posset, tacere non poterat.* But here again the point is obscure.

<sup>5</sup> By the *lex Julia et Papia Poppaea* childless wives were only entitled to a tenth of their husband's estate.

gave you leave to be such a coward?" Another instance is the striking remark made by Africanus to Nero with reference to the death of Agrippina: "Caesar, your provinces of Gaul entreat you to bear your good fortune with courage." Others are of 16 an allusive type: for example, Domitius Afer, in his defence of Cloatilla, whom Claudius had pardoned when she was accused of having buried her husband, who had been one of the rebels, addressed her sons in his peroration with the words: "Nonetheless, it is your duty, boys, to give your mother burial."<sup>1</sup> Some, again, depend on the fact that they are 17 transferred from one context to another. Crispus, in his defence of Spatale, whose lover had made her his heir and then proceeded to die at the age of eighteen, remarked: "What a marvellous fellow to gratify his passion thus!"<sup>2</sup> Another type of re- 18 flexion may be produced by the doubling of a phrase, as in the letter written by Seneca for Nero to be sent to the senate on the occasion of his mother's death, with a view to creating the impression that he had been in serious danger:—"As yet I cannot believe or rejoice that I am safe." Better, however, is the type which relies for its effect on contrast of opposites, as "I know from whom to fly, but whom to follow I know not;"<sup>3</sup> or, "What of the fact that the poor wretch, though he could not speak, could not keep 19 silence?"<sup>4</sup> But to produce the most striking effect this type should be given point by the introduction of a comparison, such as is made by Trachalus in his speech against Spatale, where he says: "Is it your pleasure, then, ye laws, the faithful guardians of chastity, that wives should receive a tithe<sup>5</sup> and harlots a quarter?"

## QUINTILIAN

Sed horum quidem generum et bonae dici possunt  
 20 et malae. Illae semper vitiosae ut a verbo: *Patres  
 conscripti, sic enim incipiendum est mihi, ut memineritis  
 patrum.* Peius adhuc, quo magis falsum est et  
 longius petatum, contra eandem sororem gladiatoris,  
 21 cuius modo feci mentionem, *Ad digitum pugnavi.* Est  
 etiam generis eiusdem, nescio an vitiosissimum,  
 quotiens verborum ambiguitas cum rerum falsa  
 quadam similitudine iungitur. Clarum actorem<sup>1</sup>  
 iuvenis audivi, cum lecta in capite cuiusdam ossa  
 sententiae gratia tenenda matri dedisset: *Infeli-  
 cissima femina, nondum extulisti filium et iam ossa legisti.*  
 22 Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis  
 gaudent, quae excussae risum habent, inventae facie  
 ingenii blandiuntur. De eo, qui naufragus et ante  
 agrorum sterilitate vexatus in scholis fingitur se  
 suspendisse: *Quem neque terra recipit nec mare, pendeat.*  
 23 Huic simile in illo, de quo supra dixi, cui pater sua  
 membra laceranti venenum dedit: *Qui haec edit, debet  
 hoc bibere.* Et in luxuriosum, qui ἀποκαρτέρησιν  
 simulasse dicitur: *Necte laqueum, habes, quod faucibus*

<sup>1</sup> actorem, *Spalding*: actorum, *A*: auctorem, *other MSS.*

---

<sup>1</sup> The exact meaning is uncertain. The allusion may be to the turning up of the thumb as a sign of defeat. See sect. 12.



In these instances, however, the reflexion may equally well be good or bad. On the other hand, 20 there are some which will always be bad, such as those which turn on play upon words, as in the following case: "Conscript fathers, for I must address you thus that you may remember the duty owed to fathers." Worse still, as being more unreal and far-fetched, is the remark made by the gladiator mentioned above in his prosecution of his sister: "I have fought to the last finger."<sup>1</sup> There is 21 another similar type, which is perhaps the worst of all, where the play upon words is combined with a false comparison. When I was a young man I heard a distinguished pleader, after handing a mother some splinters of bone taken from the head of her son (which he did merely to provide an occasion for his epigram), cry: "Unhappiest of women, your son is not yet dead and yet you have gathered up his bones!" Moreover, most of our orators delight in 22 devices of the pettiest kind, which seriously considered are merely ludicrous, but at the moment of their production flatter their authors by a superficial semblance of wit. Take, for instance, the exclamation from the scholastic theme, where a man, after being ruined by the barrenness of his land, is shipwrecked and hangs himself: "Let him whom neither earth nor sea receives, hang in mid air." A 23 similar absurdity is to be found in the declamation, to which I have already referred, in which a father poisons his son who insists on tearing his flesh with his teeth: "The man who eats such flesh, deserves such drink." Or again, take this passage from the theme of the luxurious man who is alleged to have pretended to starve himself to death: "Tie a noose

## QUINTILIAN

*tuis irascaris ; sume venenum, decet luxuriosum bibendo*

24 *mori.* Alia vana, ut suadentis purpuratis, ut Alexandrum Babylonis incendio sepeliant, *Alexandrum sepelio ; hoc quisquam spectabit a tecto ?* quasi vero id sit in re tota indignissimum. Alia nimia ut de Germanis dicentem quendam audivi, *Caput nescio ubi impositum ;* et de viro forti, *Bella umbone propellit.*

25 Sed finis non erit, si singulas corruptorum persequar formas. Illud potius, quod est magis necessarium.

Duae sunt diversae opiniones, aliorum sententias solas paene spectantium, aliorum omnino damnantium ; quorum mihi neutrum admodum placet.

26 Densitas earum obstat invicem ; ut in satis omnibus fructibusque arborum nihil ad iustam magnitudinem adolescere potest, quod loco in quem crescat caret, nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet ;— ideoque artifices etiam, cum plura in unam tabulam opera contulerunt, spatiis distinguunt, ne umbrae in  
27 corpora cadant. Facit res eadem concisam quoque orationem ; subsistit enim omnis sententia, ideoque post eam utique aliud est initium. Unde soluta fere

---

<sup>1</sup> Is this a suggestion that the Germans are monsters "whose heads do grow beneath their shoulders" or that they are so tall that their heads are lost in the clouds?

for yourself: you have good reason to be angry with your throat. Take poison: it is fit that a luxurious man should die of drink!" Others are merely 24 fatuous, such as the remark of the declaimer who urges the courtiers of Alexander to provide him with a tomb by burning down Babylon. "I am burying Alexander. Shall any man watch such a burial from his housetop?" As if this were the climax of indignities! Others fail from sheer extravagance. For example, I once heard a rhetorician who was declaiming about the Germans, say: "I know not where they carry their heads,"<sup>1</sup> and again when belauding a hero, "He beats back whole wars with the boss of his shield." However, I shall never 25 come to an end if I try to describe every possible form of this kind of absurdity. I will therefore turn to discuss a point of more importance.

Rhetoricians are divided in opinion on this subject: some devote practically all their efforts to the elaboration of *reflexions*, while others condemn their employment altogether. I cannot agree entirely with either view. If they are crowded too thick 26 together, such *reflexions* merely stand in each other's way, just as in the case of crops and the fruits of trees lack of room to grow results in a stunted development. Again in pictures a definite outline is required to throw objects into relief, and consequently artists who include a number of objects in the same design separate them by intervals sufficient to prevent one casting a shadow on the other. Further, this form of display breaks up our speeches 27 into a number of detached sentences; every *reflexion* is isolated, and consequently a fresh start is necessary after each. This produces a discontinuous style, since

- oratio et e singulis non membris sed frustis collata  
 structura caret, cum illa rotunda et undique circum-  
 28 cisa insistere invicem nequeant. Praeter hoc etiam  
 color ipse dicendi quamlibet claris, multis tamen ac  
 variis velut maculis conspergitur. Porro, ut adfert  
 lumen clavus purpurae in loco insertus,<sup>1</sup> ita certe  
 neminem deceat intertexta pluribus notis vestis.  
 29 Quare, licet haec et nitere et aliquatenus exstare  
 videantur, tamen et lumina illa non flammae, sed  
 scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris  
 (quae ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio, ut  
 in sole sidera ipsa desinunt cerni); et, quae crebris  
 parvisque conatibus se attollunt, inaequalia tantum  
 et velut confragosa nec admirationem consequuntur  
 30 eminentium et planorum gratiam perdunt. Hoc  
 quoque accedit quod solas captanti sententias multas  
elections with their wild ebb and flow? The passing  
of one day, or the interval of a single night, will  
often throw everything into confusion, and one little  
breath of rumour will sometimes turn the whole  
trend of opinion." For it is all-important to follow 50  
the principle illustrated by this passage and never to

ex genere coeperis translationis, hoc desinas. Multi autem, cum initium a tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt; quae est inconsequentia rerum  
 51 foedissima. Ceterum allegoria parvis quoque ingeniis et cotidiano sermoni frequentissime servit. Nam illa in agendis causis iam detrita, *Pedem conferre* et *Iugulum petere* et *Sanguinem mittere*, inde sunt, nec offendunt tamen. Est enim grata in eloquendo novitas et emutatio, et magis inopinata delectant. Ideoque iam in his amisimus modum et gratiam rei nimia captatione consumpsimus.  
 52 Est in exemplis allegoria, si non praedicta ratione ponantur. Nam ut *Dionysium Corinthi esse*, quo Graeci omnes utuntur, ita plurima similia dici possunt. Sed allegoria, quae est obscurior, aenigma dicitur; vitium meo quidem iudicio, si quidem dicere dilucide virtus; quo tamen et poetae utuntur:

*Dic, quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,  
 Tres pateat caeli spatium non amplius ulnas?*

53 et oratores nonnunquam, ut *Caelius quadrantariam Clytaemnestram*, et *in triclinio coam, in cubiculo nolam*. Namque et nunc quidem solvuntur et tum erant

<sup>1</sup> The allusion must be to the fact that Dionysius II, tyrant of Syracuse, on his expulsion from the throne, migrated to Corinth and set up as a schoolmaster. Its application is uncertain, but it would obviously be a way of saying "How are the mighty fallen!"

<sup>2</sup> *Ecl.* iii. 104; the solution is lost.

<sup>3</sup> The references are to the licentious character of Clodia. *Coa* was probably intended to suggest *coitus*, while *nola* is best derived from *nolle*, and is to be regarded as the opposite of *coa*.

mix your metaphors. But there are many who, after beginning with a tempest, will end with a fire or a falling house, with the result that they produce a hideously incongruous effect. For the rest, allegory 51 is often used by men of little ability and in the conversation of everyday life. For those hackneyed phrases of forensic pleading, "to fight hand to hand," "to attack the throat," or "to let blood" are all of them allegorical, although they do not strike the attention: for it is novelty and change that please in oratory, and what is unexpected always gives special delight. Consequently we have thrown all restraint to the wind in such matters, and have destroyed the charm of language by the extravagant efforts which we have made to attain it. Illustrative examples also 52 involve allegory if not preceded by an explanation; for there are numbers of sayings available for use like the "Dionysius is at Corinth,"<sup>1</sup> which is such a favourite with the Greeks. When, however, an allegory is too obscure, we call it a riddle: such riddles are, in my opinion, to be regarded as blemishes, in view of the fact that lucidity is a virtue; nevertheless they are used by poets, as, for example, by Virgil<sup>2</sup> in the following lines:

"Say in what land, and if thou tell me true,  
I'll hold thee as Apollo's oracle,  
Three ells will measure all the arch of heaven."

Even orators sometimes use them, as when Caelius<sup>3</sup> 53 speaks of the "Clytemnestra who sold her favours for a farthing, who was a Coan in the dining-room and a Nolan in her bedroom." For although we know the answers, and although they were better known at the time when the words were uttered,

notiora, cum dicerentur; aenigmata sunt tamen, nam et cetera<sup>1</sup> si quis interpretetur, intelligas.

54 In eo vero genere, quo contraria ostenduntur, ironia est; illusionem vocant. Quae aut pronuntiatione intelligitur aut persona aut rei natura; nam, si qua earum verbis dissentit, apparet diversam esse  
55 orationi voluntatem. Quanquam in plurimis id tropis accidit, ut intersit, quid de quoque dicatur, quia quod dicitur alibi verum est. Et laudis adsimulatione<sup>2</sup> detrahere et vituperationis laudare concessum est: *Quod C. Verres, praetor urbanus, homo sanctus et diligens; subsortitionem eius in codice non haberet.* Et contra: *Oratores visi sumus et populo*  
56 *imposuimus.* Aliquando cum in risu quodam contraria dicuntur iis quae intelligi volunt: quale est in Clodium, *Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor*  
57 *eripuit, vita anteacta servavit.* Praeter haec usus est allegoriae, ut tristia dicamus mollioribus<sup>3</sup> verbis urbanitatis<sup>4</sup> gratia aut quaedam contrariis significemus aliud textum spectaco et enumeravimus.<sup>5</sup> Haec si quis ignorat, quibus Graeci nominibus appellent,

<sup>1</sup> nam et cetera, *Christ*: non et cetera, *AG*.

<sup>2</sup> adsimulatione, *Spalding*: autem simulatione, *AG*.

<sup>3</sup> mollioribus, *Werlhof*: melioribus, *MSS*.

<sup>4</sup> urbanitatis, *Gsner*: aut bonae rei, *MSS*.

<sup>5</sup> I have printed the reading of *A*, from which the others differ but little.

<sup>1</sup> Cic. *Pro Cluent.* xxxiii. 91.

<sup>2</sup> *cp.* § 20.

<sup>3</sup> From the lost speech in *Clodium et Curionem*.

<sup>4</sup> The passage is hopelessly corrupt. The concluding portion of the sentence must have referred to the use of proverbs, of which it may have contained an example. This is clear from the next sentence. Sarcasm, urbane wit and contradiction are covered by the first three clauses, but there has been no allusion to proverbs such as *παροιμία* demands.



they are riddles for all that; and other riddles are, after all, intelligible if you can get someone to explain them.

On the other hand, that class of allegory in which 54  
the meaning is contrary to that suggested by the words, involve an element of irony, or, as our rhetoricians call it, *illusio*. This is made evident to the understanding either by the delivery, the character of the speaker or the nature of the subject. For if any one of these three is out of keeping with the words, it at once becomes clear that the intention of the speaker is other than what he actually says. In the majority of *tropes* it is, however, 55  
important to bear in mind not merely what is said, but about whom it is said, since what is said may in another context be literally true. It is permissible to censure with counterfeited praise and praise under a pretence of blame. The following will serve as an example of the first.<sup>1</sup> "Since Gaius Verres, the urban praetor, being a man of energy and blameless character, had no record in his register of this substitution of this man for another on the panel." As an example of the reverse process we may take the following:<sup>2</sup> "We are regarded as orators and have imposed on the people." Sometimes, again, 56  
we may speak in mockery when we say the opposite of what we desire to be understood, as in Cicero's denunciation of Clodius<sup>3</sup>: "Believe me, your well-known integrity has cleared you of all blame, your modesty has saved you, your past life has been your salvation." Further, we may employ *allegory*, and 57  
disguise bitter taunts in gentle words by way of wit, or we may indicate our meaning by saying exactly the contrary or . . .<sup>4</sup> If the Greek names for these

σαρκασμόν, ἀστεῖσμόν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν dici sciat.

58 Sunt etiam, qui haec non species allegoriae sed ipsa tropos dicant; acri quidem ratione, quod illa obscurior sit, in his omnibus aperte appareat quid velimus. Cui accedit hoc quoque, quod genus, cum dividitur in species, nihil habet proprium, ut arbor pinus et olea et cupressus, et ipsius per se nulla proprietas; allegoria vero habet aliquid proprium. Quod quo modo fieri potest, nisi ipsa species est? Sed utentium  
59 nihil refert. Adiicitur his *μυκτηρισμός*, dissimulatus quidam sed non latens derisus.

Pluribus autem verbis cum id, quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicatur, *περίφρασιν* vocant, circuitum quendam eloquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quotiens dictu deformia operit: ut  
60 Sallustius, *Ad requisita naturae*. Interim ornatum petit solum, qui est apud poetas frequentissimus:

*Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris  
Incipit et dono divum gratissima serpit.*

61 Et apud oratores non rarus, semper tamen adstrictior.

---

<sup>1</sup> Presumably from the Histories.

<sup>2</sup> *Act.* ii. 268.

methods are unfamiliar to any of my readers, I would remind him that they are *σαρκασμός*, *ἀστεϊσμός*, *ἀντίφρασις* and *παροιμία* (sarcasm, urbane wit, contradiction and proverbs). There are, however, some 58 writers who deny that these are species of *allegory*, and assert that they are actually *tropes* in themselves: for they argue shrewdly that allegory involves an element of obscurity, whereas in all these cases our meaning is perfectly obvious. To this may be added the fact that when a *genus* is divided into *species*, it ceases to have any peculiar properties of its own: for example, we may divide tree into its species, pine, olive, cypress, etc., leaving it no properties of its own, whereas allegory always has some property peculiar to itself. The only explanation of this fact is that it is itself a species. But this, of course, is a matter of indifference to those that use it. To these the 59 Greeks add *μυκτηρισμός*, or mockery under the thinnest of disguises.

When we use a number of words to describe something for which one, or at any rate only a few words of description would suffice, it is called *periphrasis*, that is, a circuitous mode of speech. It is sometimes necessary, being of special service when it conceals something which would be indecent, if expressed in so many words: compare the phrase "To meet the demands of nature" from Sallust.<sup>1</sup> But at times it 60 is employed solely for decorative effect, a practice most frequent among the poets:

"Now was the time  
When the first sleep to weary mortals comes  
Stealing its way, the sweetest boon of heaven." <sup>2</sup>

Still it is far from uncommon even in oratory, though 61

Quidquid enim significari brevius potest et cum ornatu latius ostenditur, περίφρασις est, cui nomen Latine datum est non sane aptum orationis virtuti circumlocutio. Verum hoc ut, cum decorem habet, periphrasis, ita, cum in vitium incidit, περισσολογία dicitur. Obstat enim quidquid non adiuvat.

62 Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quoniam frequenter ratio compositionis<sup>1</sup> et decore poscit, non immerito inter virtutes habemus. Fit enim frequentissime aspera et dura et dissoluta et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur et, ut quodque oritur, ita proximis, etiamsi vinciri non potest, adligetur. Differenda igitur quaedam et praesumenda, atque ut in structuris lapidum impolitorum loco, quo convenit, quodque ponendum. Non enim recidere ea nec polire possumus, quo coagmentata se magis iungant, sed utendum iis, 64 qualia sunt, eligendaeque sedes. Nec aliud potest sermonem facere numerosum quam opportuna ordinis per mutatio; neque alio ceris Platonis inventa sunt quattuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piraeum se descendisse significat, plurimis modis 65 scripta, quam<sup>2</sup> quod eum quoque maxime numerosum<sup>3</sup> facere experiretur. Verum id eum in duobus verbis fit, ἀναστροφή dicitur, reversio quaedam:

<sup>1</sup> compositionis, *Daniel*: comparationis, *MSS.*

<sup>2</sup> quam, inserted by *Regius*.

<sup>3</sup> The sentence can hardly be correct as it stands in the *MSS.* I have inserted *numerosum* as being the simplest improvement available.

---

<sup>1</sup> At the beginning of the *Republic*. κατέβην χθές εἰς Πειραιᾶ.

in such cases it is always used with greater restraint. For whatever might have been expressed with greater brevity, but is expanded for purposes of ornament, is a *periphrasis*, to which we give the name *circumlocution*, though it is a term scarcely suitable to describe one of the virtues of oratory. But it is only called *periphrasis* so long as it produces a decorative effect: when it passes into excess, it is known as *perissology*: for whatever is not a help, is a positive hindrance.

Again, *hyperbaton*, that is, the transposition of a 62 word, is often demanded by the structure of the sentence and the claims of elegance, and is consequently counted among the ornaments of style. For our language would often be harsh, rough, limp or disjointed, if the words were always arranged in their natural order and attached each to each just as they occur, despite the fact that there is no real bond of union. Consequently some words require to be postponed, others to be anticipated, each being set in its appropriate place. For we are like 63 those who build a wall of unhewn stone: we cannot hew or polish our words in order to make them fit more compactly, and so we must take them as they are and choose suitable positions for them. Further, 64 it is impossible to make our prose rhythmical except by artistic alterations in the order of words, and the reason why those four words in which Plato<sup>1</sup> in the noblest of his works states that he had gone down to the Piræus were found written in a number of different orders upon his wax tablets, was simply that he desired to make the rhythm as perfect as possible. When, however, the transposition is confined to two words only, it is called *anastrophe*; that 65 is, a reversal of order. This occurs in everyday

qualia sunt vulgo, *mecum, secum*, apud oratores et historicos *quibus de rebus*. At cum decoris gratia traicitur<sup>1</sup> longius verbum, proprie hyperbati tenet nomen: *Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes*. Nam *in duas partes divisam esse* rectum erat, sed durum et incomptum.

66 Poetae quidem etiam verborum divisione faciunt transgressionem:

*Hyperboreo septem subiecta trioni,*

quod oratio nequaquam recipiet. Atqui est propter quod dici tropus possit, quia componendus est e

67 duobus intellectus. Alioqui, ubi nihil ex significatione mutatum est et structura sola variatur, figura potius verborum dici potest, sicut multi existimarunt. Longis autem hyperbatis et confusis quae vitia accidunt, suo loco diximus.

Hyperbolen audacioris ornatus summo loco posui. Est haec decens veri<sup>2</sup> superiectio; virtus eius ex diverso par augendi atque minuendi; fit pluribus  
68 modis. Aut enim plus facto dicimus, ut *Vomens frustis esculentis gremium suum et totum tribunal implevit*,  
et

*Geminique minantur*

*In caelum scopuli;*

<sup>1</sup> traicitur, *Spalding*: trahitur, *AG*.

<sup>2</sup> decens veri, *Spalding*: decensuris, *G.*: demensuris, *A* (2nd hand).

<sup>1</sup> Cic. *pro Cluent.* i. 1.

<sup>2</sup> *Georg.* iii. 381.

<sup>3</sup> *VIII.* ii. 14.

<sup>4</sup> *Phil.* II. xxv. 63.

<sup>5</sup> *Aen.* i. 162.

speech in *mecum* and *secum*, while in orators and historians we meet with it in the phrase *quibus de rebus*. It is the transposition of a word to some distance from its original place, in order to secure an ornamental effect, that is strictly called *hyperbaton*: the following passage will provide an example: *animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes*.<sup>1</sup> ("I noted, gentlemen, that the speech of the accuser was divided into two parts.") In this case the strictly correct order would be *in duas partes divisam esse*, but this would have been harsh and ugly. The poets even go so far as to secure 66 this effect by the division of words, as in the line:

*Hyperboreo septem subiecta trioni*<sup>2</sup>  
("Under the Hyperborean Wain"),

a licence wholly inadmissible in oratory. Still there is good reason for calling such a transposition a *trope*, since the meaning is not complete until the two words have been put together. On the other hand, when 67 the transposition makes no alteration in the sense, and merely produces a variation in the structure, it is rather to be called a *verbal figure*, as indeed many authorities have held. Of the faults resulting from long or confused *hyperbata* I have spoken in the appropriate place.<sup>3</sup>

I have kept *hyperbole* to the last, on the ground of its boldness. It means an elegant straining of the truth, and may be employed indifferently for exaggeration or attenuation. It can be used in various ways. We may say more than the actual facts, as 68 when Cicero says,<sup>4</sup> "He vomited and filled his lap and the whole tribunal with fragments of food, or when Virgil speaks of

"Twin rocks that threaten heaven."<sup>5</sup>

aut res per similitudinem attollimus,

*Credas innare revulsas Cycladas ;*

69 aut per comparisonem, ut

*Fulminis ocior alis ;*

aut signis quasi quibusdam,

*Illa vel intactae segetis per summa volaret*

*Gramina nec teneras cursu laessisset aristas ;*

70 vel translatione, ut ipsum illud *volaret*. Crescit interim hyperbole alia insuper addita, ut Cicero in Antonium dicet, *Quae Charybdis tam vorax? Charybdis dico? quae si fuit, fuit animal unum: Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in*

71 *locis positas, tam cito absorbere potuisse*. Exquisitam vero figuram huius rei deprehendisse apud principem Lyricorum Pindarum videor in libro, quem inscripsit *ἕμνος*. Is namque Herculis impetum adversus Mero-  
pas, qui in insula Coe dicuntur habitasse, non igni nec ventis nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse,

72 ut illa minora, hoc par esset. Quod imitatus Cicero

<sup>1</sup> *Aen.* viii. 691.

<sup>3</sup> *Aen.* vii. 808.

<sup>2</sup> *Aen.* v. 319.

<sup>4</sup> *Phil.* II. xxvii. 67.

<sup>5</sup> A lost work.



Again, we may exalt our theme by the use of simile, as in the phrase :

“Thou wouldst have deemed  
That Cyclad isles uprooted swam the deep.”<sup>1</sup>

Or we may produce the same result by introducing a comparison, as in the phrase :

“Swifter than the levin’s wings ;”<sup>2</sup>

or by the use of indications, as in the lines :

“She would fly  
Even o’er the tops of the unsickled corn,  
Nor as she ran would bruise the tender ears.”<sup>3</sup>

Or we may employ a metaphor, as the verb *to fly* is employed in the passage just quoted. Sometimes, again, one *hyperbole* may be heightened by the addition of another, as when Cicero in denouncing Antony says:<sup>4</sup> “What Charybdis was ever so voracious? Charybdis, do I say? Nay, if Charybdis ever existed, she was but a single monster. By heaven, even Ocean’s self, methinks, could scarce have engulfed so many things, so widely scattered in such distant places, in such a twinkling of the eye.” I think, too, that I am right in saying that I noted a brilliant example of the same kind in the Hymns<sup>5</sup> of Pindar, the prince of lyric poets. For when he describes the onslaught made by Hercules upon the Meropes, the legendary inhabitants of the island of Cos, he speaks of the hero as like not to fire, winds or sea, but to the thunderbolt, making the latter the only true equivalent of his speed and power, the former being treated as quite inadequate. Cicero has imitated his method in the following

illa composuit in Verrem *Versabatur in Sicilia longo intervallo alter non Dionysius ille nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos et crudeles tyrannos), sed quoddam novum monstrum ex vetere illa immanitate, quae in isdem versuta locis dicitur. Non enim Charybdin tam infestam neque Scyllam navibus quam istum in eodem*  
 73 *freto fuisse arbitror. Nec pauciora sunt genera minuendi :*

*Vix ossibus haerent,*

et quod Cicero in quodam ioculari libello,

*Fundum Vetto vocat, quem possit mittere funda ;*

*Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.*

Sed huius quoque rei servetur mensura quaedam. Quamvis est enim omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum, nec alia via magis in  
 74 *κακοζήλιαν* itur. Piget referre plurima hinc orta vitia, cum praesertim minime sint ignota et obscura. Monere satis est mentiri hyperbolen nec ita, ut mendacio fallere velit. Quo magis intuendum est, quousque deceat extollere quod nobis non creditur. Pervenit haec res frequentissime ad risum; qui si

<sup>1</sup> v. lvi. 145.

<sup>2</sup> *Ecl.* iii. 103. Describing a flock of starved sheep.

<sup>3</sup> Unknown.

passage from the Verrines: <sup>1</sup> "After long lapse of years the Sicilians saw dwelling in their midst, not a second Dionysius or Phalaris (for that island has produced many a cruel tyrant in years gone by), but a new monster with all the old ferocity once familiar to those regions. For, to my thinking, neither Scylla nor Charybdis were ever such foes as he to the ships that sailed those same narrow seas." The methods of hyperbole by attenuation are the same in number. Compare the Virgilian <sup>2</sup>

"Scarce cling they to their bones,"

or the lines from a humorous work <sup>3</sup> of Cicero's,

"*Fundum Vetto vocat quem possit mittere funda ;  
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.*"

"Vetto gives the name of farm to an estate which might easily be hurled from a sling, though it might well fall through the hole in the hollow sling, so small is it."

But even here a certain proportion must be observed. For although every *hyperbole* involves the incredible, it must not go too far in this direction, which provides the easiest road to extravagant affectation. I shrink from recording the faults to which the lack of this sense of proportion has given rise, more especially as they are so well known and obvious. It is enough to say that *hyperbole* lies, though without any intention to deceive. We must therefore be all the more careful to consider how far we may go in exaggerating facts which our audience may refuse to believe. Again, *hyperbole* will often cause a laugh. If that was what the orator desired,

captatus est, urbanitatis, sin aliter, stultitiae nomen  
 75 assequitur. Est autem in usu vulgo quoque et inter  
 ineruditos et apud rusticos, videlicet quia natura  
 est omnibus augendi res vel minuendi cupiditas  
 insita, nec quisquam vero contentus est. Sed igno-  
 76 scitur, quia non afirmamus. Tum est hyperbole  
 virtus, cum res ipsa, de qua loquendum est, naturalem  
 modum excessit. Conceditur enim amplius dicere,  
 quia dici, quantum est, non potest, meliusque ultra  
 quam citra stat oratio. Sed de hoc satis, quia  
 eundem locum plenius in eo libro, quo causas  
 corruptae eloquentiae reddebamus, tractavimus.

we may give him credit for wit; otherwise we can only call him a fool. *Hyperbole* is employed even 75 by peasants and uneducated persons, for the good reason that everybody has an innate passion for exaggeration or attenuation of actual facts, and no one is ever contented with the simple truth. But such disregard of truth is pardonable, for it does not involve the definite assertion of the thing that is not. *Hyperbole* is, moreover, a virtue, when the subject 76 on which we have to speak is abnormal. For we are allowed to amplify, when the magnitude of the facts passes all words, and in such circumstances our language will be more effective if it goes beyond the truth than if it falls short of it. However, I have said enough on this topic, since I have already dealt with it in my work on the causes of the decline of oratory.

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

272

BOOK IX

BOOK IX

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

## LIBER IX

- I. Cum sit proximo libro de tropis dictum, sequitur pertinens ad figuras, quae σχήματα Graece vocantur,
- 2 locus ipsa rei natura coniunctus superiori. Nam plerique has tropos esse existimaverunt, quia, sive ex hoc duxerint nomen, quod sint formati quodam modo, sive ex eo, quod vertant orationem, unde et motus dicuntur, fatendum erit esse utrumque eorum etiam in figuris, usus quoque est idem: nam et vim rebus adiiciunt et gratiam praestant. Nec desunt qui tropis figurarum nomen imponant, quorum est C. Artorius
- 3 Proculus. Quin adeo similitudo manifesta est, ut eâ discernere non sit in promptu. Nam quo modo quaedam in his species plane distant, manente tamen generaliter illa societate, quod utraque res de recta et simplici ratione cum aliqua dicendi virtute deflectitur, ita quaedam perquam tenui limite dividuntur, ut cum ironia tam inter figuras sententiae quam inter tropos reperiatur, περίφρασις autem et ὑπερβατὸν et ὀνοματοποιίαν clari quoque auctores figuras verborum potius quam tropos dixerint.
- 4 Quo magis signanda est utriusque rei differentia. Est igitur tropos sermo a naturali et principali signi-

---

<sup>1</sup> See IX. ii. 44.

<sup>2</sup> VIII. vi. 59 *sqq.*, 62, 31 respectively.



## BOOK IX

I. In my last book I spoke of *tropes*. I now come to *figures*, called *σχήματα* in Greek, a topic which is naturally and closely connected with the preceding. For many authors have considered *figures* identical with *tropes*, because whether it be that the latter derive their name from having a certain form or from the fact that they effect alterations in language (a view which has also led to their being styled *motions*), it must be admitted that both these features are found in *figures* as well. Their employment is also the same. For they add force and charm to our matter. There are some again who call *tropes figures*, Artorius Proculus among them. Further the resemblance between the two is so close that it is not easy to distinguish between them. For although certain kinds differ, while retaining a general resemblance (since both involve a departure from the simple and straightforward method of expression coupled with a certain rhetorical excellence), on the other hand some are distinguished by the narrowest possible dividing line: for example, while *irony* belongs to *figures of thought* just as much as to *tropes*,<sup>1</sup> *periphrasis*, *hyperbaton* and *onomatopoea*<sup>2</sup> have been ranked by distinguished authors as *figures of speech* rather than *tropes*.

It is therefore all the more necessary to point out the distinction between the two. The name of *trope*

## QUINTILIAN

- ficatione translatus ad aliam ornandae orationis gratia, vel, ut plerique grammatici finiunt, dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est; figura, sicut nomine ipso patet, conformatio quaedam orationis remota a communi et primum se  
 5 offerente ratione. Quare in tropis ponuntur verba alia pro aliis, ut in μεταφορᾶ, μετωνυμία, ἀντονομασία, μεταλήψει, συνεκδοχῇ, καταχρήσει, ἀλληγορία, plerumque ὑπερβολῇ; namque et rebus fit et verbis. Ὀνοματοποιία fictio est nominis; ergo hoc quoque pro aliis ponitur, quibus usuri fuimus, si illud non fingeremus.
- 6 Περίφρασις etiamsi frequenter et id ipsum, in cuius locum adsumitur, nomen complecti solet, utitur tamen pluribus pro uno. Ἐπίθετον, quoniam plerumque habet antonomasiae partem, coniunctione eius fit tropus. In hyperbato commutatio est ordinis, ideoque multi tropis hoc genus eximunt. Transfert tamen verbum aut partem eius a suo loco in alienum.
- 7 Horum nihil in figuras cadit. Nam et propriis verbis et ordine collocatis figura fieri potest. Quomodo autem ironia alia sit tropi, alia schematos, suo loco reddam. Nomen enim fateor esse commune et scio quam multiplicem habeant quamque scrupulosam disputationem; sed ea non pertinet ad praesens

<sup>1</sup> See VIII. vi.

<sup>2</sup> VIII. vi. 29 and 46.

<sup>3</sup> IX. ii. 44.

is applied to the transference of expressions from their natural and principal signification to another, with a view to the embellishment of style or, as the majority of grammarians define it, the transference of words and phrases from the place which is strictly theirs to another to which they do not properly belong. A *figure*, on the other hand, as is clear from the name itself, is the term employed when we give our language a conformation other than the obvious and ordinary. Therefore the substitution of one word for another is placed among *tropes*, as for example in the case of *metaphor*, *metonymy*, *antonomasia*, *metalepsis*, *synecdochè*, *catachresis*, *allegory*<sup>1</sup> and, as a rule, *hyperbole*, which may, of course, be concerned either with words or things. *Onomatopoea* is the creation of a word and therefore involves substitution for the words which we should use but for such creation. Again although *periphrasis* often includes the actual word whose place it supplies, it still uses a number of words in place of one. The *epithet* as a rule involves an element of *antonomasia*<sup>2</sup> and consequently becomes a *trope* on account of this affinity. *Hyperbaton* is a change of order and for this reason many exclude it from *tropes*. None the less it transfers a word or part of a word from its own place to another. None of these can be called *figures*. For a *figure* does not necessarily involve any alteration either of the order or the strict sense of words. As regards *irony*, I shall show elsewhere<sup>3</sup> how in some of its forms it is a *trope*, in others a *figure*. For I admit that the name is common to both and am aware of the complicated and minute discussions to which it has given rise. They, however, have no bearing on my present task. For it

meum propositum. Nihil enim refert, quomodo  
 appelletur utrumlibet eorum, si quid orationi prosit  
 8 apparet, nec mutatur vocabulis vis rerum. Et sicut  
 homines, si aliud acceperunt quam quod habuerant  
 nomen, iidem sunt tamen, ita haec, de quibus  
 loquimur, sive tropi sive figurae dicuntur, idem  
 efficient; non enim nominibus prosunt, sed effecti-  
 bus; ut statum coniecturalem an infitiam an facti  
 an de substantia nominemus, nihil interest, dum  
 9 idem quaeri sciamus. Optimum ergo in his sequi  
 maxime recepta et rem ipsam, quocumque appella-  
 bitur modo, intelligere. Illud tamen notandum,  
 coire frequenter in eadem sententia et tropo et  
 figuram. Tam enim translatis verbis quam propriis  
 7 figuratur oratio.

10 Est autem non mediocris inter auctores dissensio,  
 et quae vis nominis eius et quot genera et quae  
 quamque multae sint species. Quare primum  
 intuendum est, quid accipere debeamus figuram.  
 Nam duobus modis dicitur: uno qualiscumque forma  
 sententiae, sicut in corporibus, quibus, quoquo modo  
 11 sunt composita, utique habitus est aliquis; altero,  
 quo proprie schema dicitur, in sensu vel sermone  
 aliqua a vulgari et simplici specie cum ratione  
 mutatio, sicut nos sedemus, incumbimus, respicimus.  
 Itaque cum in eosdem casus aut tempora aut numeros

<sup>1</sup> See III. vi. 15, 39.

<sup>2</sup> *i. e.* figure.

makes no difference by which name either is called, so long as its stylistic value is apparent, since the meaning of things is not altered by a change of name. For just as men remain the same, even though they adopt a new name, so these artifices will produce exactly the same effect, whether they are styled *tropes* or *figures*, since their values lie not in their names, but in their effect. Similarly it makes no difference whether we call a *basis* conjectural or negative, or concerned with fact or substance,<sup>1</sup> provided always that we know that the subject of enquiry is the same. It is best therefore in dealing with these topics to adopt the generally accepted terms and to understand the actual thing, by whatever name it is called. But we must note the fact that *trope* and *figure* are often combined in the expression of the same thought, since figures are introduced just as much by the metaphorical as by the literal use of words.

There is, however, a considerable difference of opinion among authors as to the meaning of the name,<sup>2</sup> the number of *genera* and the nature and number of the *species* into which figures may be divided. The first point for consideration is, therefore, what is meant by a *figure*. For the term is used in two senses. In the first it is applied to any form in which thought is expressed, just as it is to bodies which, whatever their composition, must have some shape. In the second and special sense, in which it is called a *schema*, it means a rational change in meaning or language from the ordinary and simple form, that is to say, a change analogous to that involved by sitting, lying down on something or looking back. Consequently when a student tends

aut etiam pedes continuo quis aut certe nimium  
 frequenter incurrit, praecipere solemus variandas  
 12 figuras esse vitandae similitudinis gratia. In quo  
 ita loquimur, tanquam omnis sermo habeat figuram,  
 itemque eadem figura dicitur *cursitare* qua *lectitare*,  
 id est eadem ratione declinari. Quare illo intellectu  
 priore et communi nihil non figuratum est. Quo si  
 contenti sumus, non immerito Apollodorus, si tradenti  
 Caecilio credimus, incomprehensibilia partis huius  
 13 praecepta existimavit. Sed si habitus quidam et  
 quasi gestus sic appellandi sunt, id demum hoc loco  
 accipi schema oportebit, quod sit a simplici atque in  
 promptu posito dicendi modo poetice vel oratorie  
 mutatum. Sic enim verum erit, aliam esse orationem  
*ἀσχημάτιστον*, id est carentem figuris, quod vitium  
 non inter minima est, aliam *ἐσχηματισμένην*, id est  
 14 figuratam. Verum id ipsum anguste Zoilus termina-  
 vit, qui id solum putaverit schema, quo aliud simu-  
 latur dici quam dicitur, quod sane vulgo quoque sic  
 accipi scio; unde et figuratae controversiae quaedam,  
 de quibus post paulo dicam, vocantur. Ergo figura  
 sit arte aliqua novata forma dicendi.  
 15 Genus eius unum quidam putaverunt, in hoc ipso  
 diversas opiniones secuti. Nam hi, quia verborum

<sup>1</sup> Frequentative forms of *curro* (run) and *lego* (read).

<sup>2</sup> IX. ii. 65.

to continuous or at any rate excessive use of the same cases, tenses, rhythms or even feet, we are in the habit of instructing him to vary his *figures* with a view to the avoidance of monotony. In so doing 12 we speak as if every kind of language possessed a *figure*: for example *cursitare* and *lectitare*<sup>1</sup> are said to have the same figure, that is to say, they are identical in formation. Therefore in the first and common sense of the word everything is expressed by *figures*. If we are content with this view, there is good reason for the opinion expressed by Apollodorus (if we may trust the statement of Caecilius on this point) to the effect that he found the rules laid 13 down in this connexion quite incomprehensible. If, on the other hand, the name is to be applied to certain attitudes, or I might say gestures of language, we must interpret *schema* in the sense of that which is poetically or rhetorically altered from the simple and obvious method of expression. It will then be true to distinguish between the style which is devoid of figures (or ἀσχημάτιστος) and that which is adorned with figures (or ἐσχηματισμένη). But Zoilus narrowed 14 down the definition, since he restricted the term *schema* to cases when the speaker pretends to say something other than that which he actually does say. I know that this view meets with common acceptance: it is, in fact, for this reason that we speak of *figured* controversial themes, of which I shall shortly speak.<sup>2</sup> We shall then take a *figure* to mean a form of expression to which a new aspect is given by art.

Some writers have held that there is only one 15 kind of *figure*, although they differ as regards the reasons which lead them to adopt this view. For

mutatio sensus quoque verteret, omnes figuras in verbis esse dixerunt; illi, quia verba rebus accommodarentur, omnes in sensibus. Quarum utraque  
 16 manifesta cavillatio est. Nam ut eadem dici solent aliter, manetque sensus elocutione mutata, et figura sententiae plures habere verborum figuras potest. Illa est enim posita in concipienda cogitatione haec in enuntianda; sed frequentissime coeunt, ut in hoc *Iam iam, Dolabella, neque me tui neque tuorum liberum.* Nam oratio a iudice aversa in sententia, *iam iam et liberum* in verbis sunt schemata.

17 Inter plurimos enim, quod sciam, consensum est duas eius esse partes, *διανοίας*, id est mentis vel sensus vel sententiarum, nam his omnibus modis dictum est, et *λέξεως*, id est verborum vel dictionis vel elocutionis vel sermonis vel orationis; nam et  
 18 variatur et nihil refert. Cornelius tamen Celsus adiicit verbis et sententiis figuras colorum, nimia profecto novitatis cupiditate ductus. Nam quis ignorasse eruditum alioqui virum credat, colores et sententias sensus esse? Quare sicut omnem orationem ita figuras quoque versari necesse est in sensu et in verbis.

---

<sup>1</sup> Cic. *Verr.* I. xxx. 77. *iam iam* is a figure, as being a reduplication, and *liberum* as being a contraction.

<sup>2</sup> See IV. II. 88. *color* = "the particular aspect given to a case by a skilful representation of the facts—the 'gloss' or varnish put on them by either the accused or the accuser."



some of them, on the ground that a change of words causes a corresponding change in the sense, assert that all *figures* are concerned with words, while others hold that *figures* are concerned solely with the sense, on the ground that words are adapted to things. Both these views are obviously quibbling. For the same things are often put in different ways and the sense remains unaltered though the words are changed, while a *figure of thought* may include several *figures of speech*. For the former lies in the conception, the latter in the expression of our thought. The two are frequently combined, however, as in the following passage: "Now, Dolabella, [I have no pity] either for you or for your children":<sup>1</sup> for the device by which he turns from the judges to Dolabella is a *figure of thought*, while *iam iam* ("now") and *liberum* ("your children") are *figures of speech*.

It is, however, to the best of my knowledge, generally agreed by the majority of authors that there are two classes of *figure*, namely *figures of thought*, that is of the mind, feeling or conceptions, since all these terms are used, and *figures of speech*, that is of words, diction, expression, language or style: the name by which they are known varies, but mere terminology is a matter of indifference. Cornelius Celsus, however, to *figures of thought* and *speech* would add those produced by "glosses";<sup>2</sup> but he has merely been led astray by an excessive passion for novelty. For who can suppose that so learned a man was ignorant of the fact that "glosses" and "reflexions" both come under the heading of thought? We may therefore conclude that, like language itself, figures are necessarily concerned with thought and with words.

- 19 Ut vero natura prius est concipere animo res quam enuntiare, ita de iis figuris ante est loquendum, quae ad mentem pertinent; quarum quidem utilitas cum magna, tum multiplex, in nullo non orationis opere vel clarissime lucet. Nam etsi minime videtur pertinere ad probationem, qua figura quidque dicatur, facit tamen credibilia quae dicimus et in animos
- 20 iudicum, qua non observatur, irrepit. Namque ut in armorum certamine adversos ictus et rectas ac simplices manus cum videre, tum etiam cavere ac propulsare facile est, aversae tectaeque minus sunt observabiles, et aliud ostendisse quam petas artis est, sic oratio, quae astu caret, pondere modo et impulsu proeliatur; simulanti variantique conatus in latera atque in terga incurrere datur et arma avo-
- 21 care et velut nutu fallere. Iam vero adfectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus multum ad motum animorum valent, quanto plus orationis ipsius vultus ad id, quod efficere intendimus, compositus? Plurimum tamen ad commendationem facit, sive in conciliandis agentis moribus sive ad promerendum actioni favorem sive ad levandum varietate fastidium sive ad quaedam vel decentius indicanda vel tutius.
- 22 Sed antequam, quae cuique rei figura conveniat, ostendo, dicendum est nequaquam eas esse tam

As, however, in the natural course of things we 19  
 conceive ideas before we express them, I must take  
*figures of thought* first. Their utility is at once great  
 and manifold, and is revealed with the utmost clear-  
 ness in every product of oratory. For although it  
 may seem that proof is infinitesimally affected by  
 the *figures* employed, none the less those same *figures*  
 lend credibility to our arguments and steal their 20  
 way secretly into the minds of the judges. For just  
 as in sword-play it is easy to see, parry, and ward off  
 direct blows and simple and straightforward thrusts,  
 while side-strokes and feints are less easy to observe  
 and the task of the skilful swordsman is to give the  
 impression that his design is quite other than it  
 actually is, even so the oratory in which there is  
 no guile fights by sheer weight and impetus alone;  
 on the other hand, the fighter who feints and varies  
 his assault is able to attack flank or back as he will,  
 to lure his opponent's weapons from their guard and  
 to outwit him by a slight inclination of the body.  
 Further, there is no more effective method of exciting 21  
 the emotions than an apt use of figures. For if the  
 expression of brow, eyes and hands has a powerful  
 effect in stirring the passions, how much more  
 effective must be the aspect of our style itself when  
 composed to produce the result at which we aim?  
 But, above all, *figures* serve to commend what we  
 say to those that hear us, whether we seek to win  
 approval for our character as pleaders, or to win  
 favour for the cause which we plead, to relieve  
 monotony by variation of our language, or to indicate  
 our meaning in the safest or most seemly way.

But before I proceed to demonstrate what *figures* 22  
 best suit the different circumstances, I must

## QUINTILIAN

multas quam sint a quibusdam constitutae. Neque enim me movent nomina illa, quae fingere utique  
 23 Graecis promptissimum est. Ante omnia igitur illi, qui totidem figuras putant quot adfectus, repudiandi, non quia adfectus non sit quaedam qualitas mentis, sed quia figura, quam non communiter, sed proprie nominamus, non sit simplex rei cuiuscunque enuntiatio. Quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere non sunt figurae, non magis quam suadere, minari, rogare,  
 24 excusare. Sed fallit parum diligenter intuentes, quod inveniunt in omnibus his locis figuras et earum exempla ex orationibus excerpunt. Neque enim pars ulla dicendi est, quae non recipere eas possit. Sed aliud est admittere figuram, aliud figuram esse. Neque enim verebor explicandae rei gratia frequenti-  
 25 orem eiusdem nominis repetitionem. Quare dabunt mihi aliquam in irascente, deprecante, miserante figuram, scio; sed non ideo irasci, misereri, deprecari figura erit. Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quandam, ut arbitror, secutus viam: ut neque omnis sermo schema iudicaretur neque ea sola, quae haberent aliquam

point out that their number is far from being as great as some authorities make out. For I am not in the least disturbed by the various names which the Greeks more especially are so fond of inventing. First of all, then, I must repudiate the views of those 23 who hold that there are as many types of *figure* as there are kinds of emotion, on the ground, not that emotions are not qualities of the mind, but that a figure, in its strict, not its general sense, is not simply the expression of anything you choose to select. Consequently the expression in words of anger, grief, pity, fear, confidence or contempt is not a *figure*, any more than persuasion, threats, entreaty or excuse. But superficial observers are 24 deceived by the fact that they find *figures* in all passages dealing with such themes, and select examples of them from speeches; whereas in reality there is no department of oratory which does not admit such *figures*. But it is one thing to admit a *figure* and another to be a *figure*; I am not going to be frightened out of repeating the term with some frequency in my attempt to make the facts clear. My opponents will, I know, direct my attention to 25 special figures employed in expressing anger, in entreating for mercy, or appealing to pity, but it does not follow that expressions of anger, appeals to pity or entreaties for mercy are in themselves *figures*. Cicero, it is true, includes all ornaments of oratory under this head, and in so doing adopts, as it seems to me, a middle course. For he does not hold that all forms of expression are to be regarded as *figures*, nor, on the other hand, would he restrict the term merely to those expressions whose form varies from ordinary use. But he regards as figur-

remotam ab usu communi fictionem, sed quae essent clarissima et ad movendum auditorem valerent plurimum; quem duobus ab eo libris tractatum locum ad litteras subieci, ne fraudarem legentes iudicio maximi auctoris.

- 26 In tertio de Oratore ita scriptum est: *In perpetua autem oratione, cum et coniunctionis levitatem et numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sen-*  
 27 *tentiarum atque verborum. Nam et commoratio una in re permultum movet et illustris explanatio rerumque, quasi gerantur, sub aspectum paene subiectio, quae et in exponenda re plurimum valet et ad illustrandum id quod exponitur et ad amplificandum, ut iis qui audient illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum*  
 28 *esse videatur; et huic contraria saepe percursio est et plus ad intelligendum quam dixeris significatio et distincte concisa brevilas et extenuatio, et huic adiuncta illusio; a praeceptis Caesaris non abhorrens, et ab re digressio, in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus et concinnus esse debet; propositioque, quid sis dicturus, et ab eo quod est dictum seiunctio, et reditus ad proposi-*

---

<sup>1</sup> The two works are the *Orator* (xxxix. 134 sqq.)—see sect. 36 and the *de Oratore* III. lii. 201, which is here quoted.

<sup>2</sup> *de Or.* ii. 261 sqq., 269 sqq. Iulius Caesar *Strabo* loq.

ative all those expressions which are especially striking and most effective in stirring the emotions of the audience. He sets forth this view in two of his works, and that my readers may have the opportunity of realising the judgment of so high an authority, I subjoin what he says *verbatim*.<sup>1</sup>

In the third book of the *de Oratore* we find the 26 following words: "As regards the composition of continuous speech, as soon as we have acquired the smoothness of structure and rhythm of which I have spoken, we must proceed to lend brilliance to our style by frequent embellishments both of thought and words. For great effect may 27 be produced by dwelling on a single point, and by setting forth our facts in such a striking manner that they seem to be placed before the eyes as vividly as if they were taking place in our actual presence. This is especially effective in stating a case or for the purpose of illuminating and amplifying the facts in course of statement, with a view to making our audience regard the point which we amplify as being as important as speech can make it. On the other hand, as opposed to this procedure 28 we may often give a rapid summary, suggest more than is actually said, may express ourselves tersely in short, clean-cut sentences and disparage, or, what is much the same, mock our opponent in a manner not inconsistent with the precepts given us by Caesar.<sup>2</sup> Or we may employ digressions and then, after thus delighting our audience, make a neat and elegant return to our main theme. We may set forth in advance what we propose to say, mark off the topics already treated from those which are to follow, return to our point, repeat it and draw our formal

## QUINTILIAN

29 *tum et iteratio et rationis apta conclusio ; tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque traiectio, et rogatio atque huic finitima quasi percontatio expositioque sententiae suae ; tum illa, quae maxime quasi irreperit in hominum mentes, alia dicentis ac significantis dissimulatio, quae est periucunda, cum in oratione non contentione sed*

30 *sermone tractatur ; deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio, vel ante vel post quam dixeris vel cum aliquid a te ipso reiicias. Praemunitio etiam est ad id quod aggrediare, et reiectio in alium ; communicatio, quae est quasi cum iis ipsis apud quos dicas deliberatio ; morum ac vitae imitatio vel in personis vel sine illis, magnum quoddam ornamentum orationis et aptum ad animos conciliandos vel maxime, saepe autem etiam ad commovendos ;*

31 *personarum ficta inductio vel gravissimum lumen augendi ; descriptio, erroris inductio, ad hilaritatem impulsio, antecuratio ; tum duo illa, quae maxime movent, similitudo et exemplum ; digestio, interpellatio, contentio, reticentia,*

32 *commendatio. Vox quaedam libera atque etiam effrenatior augendi causa ; iracundia, obiurgatio, promissio ;*



conclusions. Again, with a view to augmenting 29  
 or attenuating the force of some point, we may  
 exaggerate and overstate the truth: we may ask  
 questions, or, what is much the same, enquire of  
 others and set forth our own opinion. There is also  
 available the device of dissimulation, when we say  
 one thing and mean another, the most effective of  
 all means of stealing into the minds of men and a  
 most attractive device, so long as we adopt a con-  
 versational rather than a controversial tone. Hesi- 30  
 tation may be expressed between two alternatives,  
 our statement may be distributed in groups or we  
their ignorance of the facts may regard some point  
as of more importance than it really is: an example  
of this latter device is to be found in the exordium  
to Cicero's defence of Caelius.

With regard to the figure which Cicero<sup>5</sup> calls *ocular* 40  
*demonstration*, this comes into play when we do not  
restrict ourselves to mentioning that something was  
done, but proceed to show how it was done, and do  
so not merely on broad general lines, but in full  
detail. In the last book<sup>6</sup> I classified this figure  
under the head of *vivid illustration*, while Celsus  
actually terms it by this name. Others give the  
name of *ὑποτύπωσις* to any representation of facts  
which is made in such vivid language that they  
appeal to the eye rather than the ear. The follow-

- verbis, ut cerni potius videatur quam audiri: *Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ardebant*  
 41 *oculi, toto ex ore crudelitas eminebat.* Nec solum quae facta sint aut fiant, sed etiam quae futura sint aut futura fuerint imaginamur. Mire tractat hoc Cicero pro Milone, quae facturus fuerit Clodius, si praeturam invasisset. Sed haec quidem translatio temporum, quae proprie *μετάστασις* dicitur, *ἐν διατυπώσει*<sup>1</sup> veracundior apud priores fuit. Praeponebant enim talia, *Credite vos intueri*, ut Cicero, *Haec, quae non vidistis*  
 42 *oculis, animis cernere potestis.* Novi vero et praecipue declamatores audacius nec mehercule sine motu quodam imaginantur, ut et Seneca<sup>2</sup> in controversia, cuius summa est, quod pater filium et novercam inducente altero filio in adulterio deprehensos occidit: *Duc, sequor; accipe hanc senilem manum et*  
 43 *quocumque vis imprime.* Et post paulo, *Aspice, inquit, quod diu non credidisti. Ego vero non video, nox oboritur et crassa caligo.* Habet haec figura manifestius aliquid; non enim narrari res, sed agi videtur.  
 44 Locorum quoque dilucida et significans descriptio eidem<sup>3</sup> virtuti adsignatur a quibusdam; alii *τοπογραφίαν* dicunt.

*Εἰρωνείαν* inveni qui dissimulationem vocaret; quo

<sup>1</sup> *ἐν διατυπώσει*, vulgo: indiatyposi, B: incliatibosi, A.

<sup>2</sup> ut et Seneca, vulgo: ut Seneca, cod. Bamb.: ut, cod. Bern.: et, A.

<sup>3</sup> eidem, Regius: eiusdem, B: huic, A (2nd hand): virtuti, A: virtutis, B.

<sup>1</sup> Verr. v. lxii. 161.

<sup>2</sup> Ch. 32.

<sup>3</sup> Not found in extant works of Cicero.

ing will show what I mean: "He came into the forum on fire with criminal madness: his eyes blazed and cruelty was written in every feature of his countenance."<sup>1</sup> Nor is it only past or present actions 41 which we may imagine: we may equally well present a picture of what is likely to happen or might have happened. This is done with extraordinary skill by Cicero in his defence of Milo,<sup>2</sup> where he shows what Clodius would have done, had he succeeded in securing the praetorship. But this *transference of time*, which is technically called *μετάστασις*, was more modestly used in *vivid description* by the old orators. For they would preface it by words such as "Imagine that you see": take, for example, the words of Cicero<sup>3</sup>: "Though you cannot see this with your bodily eyes, you can see it with the mind's eye." Modern authors, however, more especially 42 the declaimers, are bolder, indeed they show the utmost animation in giving rein to their imagination; witness the following passages from Seneca's treatment of the controversial theme in which a father, guided by one of his sons, finds another son in the act of adultery with his stepmother and kills both culprits. "Lead me, I follow, take this old hand of mine and direct it where you will." And a little 43 later, "See, he says, what for so long you refused to believe. As for myself, I cannot see, night and thick darkness veil my eyes." This figure is too dramatic: for the story seems to be acted, not narrated. Some 44 include the clear and vivid description of places under the same heading, while others call it *topography*.

I have found some who speak of *irony* as *dissimulation*, but, in view of the fact that this latter name

nomine quia parum totius huius figurae vires videntur ostendi, nimirum sicut in plerisque erimus Graeca appellatione contenti. Igitur εἰρωνεία, quae est schema, ab illa, quae est tropos, genere ipso nihil admodum distat; (in utroque enim contrarium ei quod dicitur intelligendum est) species vero prudentius intuenti diversas esse facile est deprehendere.

- 45 Primum, quod tropos apertior est et, quanquam aliud dicit ac sentit, non aliud tamen simulat. Nam et omnia circa fere recta sunt: ut illud in Catilinam, *A quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum, Metellum demigrasti.* In duobus demum verbis est
- 46 ironiā, ergo etiam brevior est tropos. At in figura totius voluntatis fictio est apparens magis quam confessa, ut illic verba sint verbis diversa, hic sensus sermoni et voci<sup>1</sup> et tota interim causae conformatio; cum etiam vita universa ironiam habere videatur, qualis est visa Socratis; nam ideo dictus εἴρων, agens imperitum et admiratorem aliorum tanquam sapientium; ut, quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορὰ, sic hoc schema faciat tropos ille
- 47 contextus. Quaedam vero genera huius figurae nullam cum tropis habent societatem, ut illa statim prima, quae dicitur a negando, quam nonnulli ἀντίφρασις vocant: *Non agam tecum iure summo, non*

<sup>1</sup> sermoni et voci, *Ἥασι*: sermonis et ioci, *AB*.

does not cover the whole range of this figure, I shall follow my general rule and rest content with the Greek term. *Irony* involving a *figure* does not differ from the *irony* which is a *trope*, as far as its *genus* is concerned, since in both cases we understand something which is the opposite of what is actually said; on the other hand, a careful consideration of the *species* of *irony* will soon reveal the fact that they differ. In the first place, the *trope* is franker in its meaning, and, despite the fact that it implies something other than it says, makes no pretence about it. For the context as a rule is perfectly clear, as, for example, in the following passage from the Catilinarian orations.<sup>1</sup> “Rejected by him, you migrated to your boon-companion, that excellent gentleman Metellus.” In this case the irony lies in two words, and is therefore a specially concise form of *trope*. But in the *figurative* form of irony the speaker disguises his entire meaning, the disguise being apparent rather than confessed. For in the *trope* the conflict is purely verbal, while in the *figure* the meaning, and sometimes the whole aspect of our case, conflicts with the language and the tone of voice adopted; nay, a man’s whole life may be coloured with *irony*, as was the case with Socrates, who was called an *ironist* because he assumed the rôle of an ignorant man lost in wonder at the wisdom of others. Thus, as continued *metaphor* develops into *allegory*, so a sustained series of *tropes* develops into this *figure*. There are, however, certain kinds of this *figure* which have no connexion with *tropes*. In the first place, there is the *figure* which derives its name from negation and is called by some *ἀντίφρασις*. Here is an example: “I will not plead against you according to the rigour

dicam, quod forsitan obtinerem<sup>1</sup>; et Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid ereptas proferam? et Mitto illam primam libidinis iniuriam, et Ne illa quidem testimonia recito, quae dicta  
 48 sunt de HS sescentis milibus, et Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quaestiones decurrimus: ut Cicero, Hoc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum, haec pluribus dicerem. Εἰρωνεία est, et cum similes imperantibus vel permittentibus sumus:

*I, sequere Italiam ventis;*

49 et cum ea, quae nolumus videri in adversariis esse, concedimus eis. Id acrius fit, cum eadem in nobis sunt et in adversario non sunt:

*Meque timoris  
 Argue tu, Drance, quando tot caedis acervos  
 Teucrorum tua dextra dedit.*

Quod idem contra valet, cum aut ea, quae a nobis absunt, aut etiam quae in adversarios recidunt, quasi fatemur:

*Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter.*

50 Nec in personis tantum, sed et in rebus versatur

<sup>1</sup> debeam forsitan obtinere, MSS. of Cicero.

<sup>1</sup> Verr. v. ii. 4.

<sup>2</sup> Phil. II. xxv. 62.

<sup>3</sup> pro Cael. xxii. 53.

<sup>4</sup> pro Cluent. lx. 166.

<sup>5</sup> Aen. iv. 381. Dido to Aeneas. She continues by praying for his destruction.

<sup>6</sup> Aen. xi. 383. Turnus addresses Drances, who has been attacking him as the cause of the war and bidding him fight himself, if he would win Lavinia for his bride.

<sup>7</sup> Aen. x. 92. Juno ironically pretends to have brought about the rape of Helen, which was in reality the work of Venus.

of the law, I will not press the point which I should perhaps be able to make good"<sup>1</sup>; or again, "Why should I mention his decrees, his acts of plunder, his acquisition, whether by cession or by force, of certain inheritances?"<sup>2</sup> or "I say nothing of the first wrong inflicted by his lust"; or "I do not even propose to produce the evidence given concerning the 600,000 sesterces"; or "I might say, etc."<sup>3</sup> Such kinds of 48 irony may even be sustained at times through whole sections of our argument, as, for instance, where Cicero<sup>4</sup> says, "If I were to plead on this point as though there were some real charge to refute, I should speak at greater length." It is also *irony* when we assume the tone of command or concession, as in Virgil's<sup>5</sup>

"Go!

Follow the winds to Italy;"

or when we concede to our opponents qualities which 49 we are unwilling that they should seem to possess. This is specially effective when we possess these qualities and they do not, as in the following passage,<sup>6</sup>

"Brand *me* as coward, Drances, since thy sword  
Has slain such hosts of Trojans."

A like result is produced by reversing this method when we pretend to own to faults which are not ours or which even recoil upon the heads of our opponents, as for example,

"Twas I that led the Dardan gallant on  
To storm the bridal bed of Sparta's queen!"<sup>7</sup>

Further, this device of saying the opposite of what 50

## QUINTILIAN

haec contraria dicendi quam quae intelligi velis ratio, ut totum pro Quinto Ligario prooemium et illae elevationes : *Videlicet, O dii boni!*—

*Scilicet is superis labor est.*

51 —et ille pro Oppio locus : *O amorem mirum ! O benivolentiam singularem !* Non procul absunt ab hac simulatione res inter se similes, confessio nihil nocitura, qualis est : *Habes igitur, Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum ;* et concessio, cum aliquid etiam iniquum videmur causae fiducia pati : *Metum virgarum nauarchus nobilissimae civitatis pretio redemit : humanum est ;* et pro Cluentio de invidia : *Dominetur in contionibus, iaceat in iudiciis ;* tertia consensio, ut pro eodem, iudicium esse cor-

52 ruptum. Haec evidentior figura est, cum alicui rei assentimur, quae est futura pro nobis ; verum id accidere sine adversarii vitio non potest. Quaedam etiam velut laudamus, ut Cicero in Verrem circa

---

<sup>1</sup> *Aen.* iv. 379. Dido mocks the excuse of Aeneas that he had received the direct command of heaven to leave Carthage.

<sup>2</sup> *pro Lig.* i. 2.

<sup>3</sup> *Verr.* v. xlv. 117.

<sup>4</sup> *pro Cluent.* ii. 5.

<sup>5</sup> *pro Cluent.* xxiii. 63.

<sup>6</sup> *Verr.* iv. xvii. 37. *i. e.* Apollonius deserved it.



we desire to imply is not merely restricted to persons, but may be extended to things, witness the whole of the *exordium* of the *pro Ligario* and disparaging phrases such as "Forsooth," "ye great gods!" or

"Fit task, I ween, for gods!"<sup>1</sup>

Another example is provided by the following passage from the *pro Oppio*, "What wondrous love! what extraordinary benevolence!" Akin to *irony* also are the following *figures*, which have a strong family resemblance: *confession* of a kind that can do our case no harm, such as the following<sup>2</sup>: "You have now, Tubero, the advantage most desired by an accuser: the accused confesses his guilt"; secondly, *concession*, when we pretend to admit something actually unfavourable to ourselves by way of showing our confidence in our cause, as in the following passage<sup>3</sup>: "The commander of a ship from a distinguished city paid down a sum of money to rid himself of the fear of a scourging which hung over his head; it shows Verres' humanity"; or again, in the *pro Cluentio*,<sup>4</sup> where Cicero is speaking of the prejudice aroused against his client, "Let it prevail in the public assembly, but be silent in the courts of law"; thirdly, *agreement*, as when Cicero,<sup>5</sup> in the same speech, agrees that the jury was bribed. This last form of *figure* becomes more striking when we agree to something which is really likely to tell in our favour; but such an opportunity can only occur through weakness on the part of our opponent. Sometimes we may even praise some action of our opponent, as Cicero does in his prosecution of Verres<sup>6</sup> when dealing with the charge in connexion with

crimen Apollonii Drepanitani: *Gaudeo etiam, si quid ab eo abstulisti, et abs te nihil rectius factum esse dico.*

- 53 Interim augemus crimina, quae ex facili aut diluere possimus aut negare, quod est frequentius quam ut exemplum desideret. Interim hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tam gravia, ut pro Roscio Cicero, cum immanitatem parricidii quanquam per se manifestam tamen etiam vi orationis exaggerat.
- 54 Ἀποσιώπησις, quam idem Cicero reticentiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, et ipsa ostendit aliquid adfectus vel irae, ut.

*Quos ego—sed motos praestat componere fluctus ;*

vel sollicitudinis et quasi religionis: *An huius ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatur, mentionem facere ausus esset vivo Milone, non dicam consule? de nostrum omnium—non audeo totum dicere ;* cui simile

- 55 est in prooemio pro Ctesiphonte Demosthenis. Vel alio transeundi gratia: *Cominius autem—tametsi ignoscite mihi, iudices.* In quo est et illa (si tamen inter schemata numerari debet, cum aliis etiam pars

<sup>1</sup> Roscius of Ameria was accused of parricide.

<sup>2</sup> See quotation in IX. i. 31.

<sup>3</sup> *Aen.* i. 135. Neptune rebukes the winds for raising a storm, but breaks off without actually saying what he would do to them.

<sup>4</sup> Now frequently inserted in *pro Mil.* xii. 33. But it is quite possible that the words formed part of the speech actually delivered, and do not belong to the existing speech, from the MSS. from which they are absent. The law proposed to give freedmen the right to vote in all thirty-five tribes and not as before in the four city-tribes only.

Apollonius of Drepanum: "Nay, it is a real pleasure to me to think that you took something from him, and I say that you never did a juster action in your life." At times we may exaggerate charges against 53 ourselves which we can easily refute or deny; this device is too common to require any illustration. At other times we may by this same method make the charges brought against us seem incredible just because of their gravity: thus Cicero in his defence of Roscius,<sup>1</sup> by the sheer force of his eloquence, exaggerates the horror of parricide, despite the fact that it requires no demonstration.

*Aposiopesis*, which Cicero<sup>2</sup> calls *reticentia*, Celsus 54 *obticentia*, and some *interruptio*, is used to indicate passion or anger, as in the line:<sup>3</sup>

"Whom I—

But better first these billows to assuage."

Or it may serve to give an impression of anxiety or scruple, as in the following:<sup>4</sup> "Would he have dared to mention this law of which Clodius boasts he was the author, while Milo was alive, I will not say was consul? For as regards all of us—I do not dare to complete the sentence." There is a similar instance in the exordium of Demosthenes' speech in defence of Ctesiphon.<sup>5</sup> Again it may be employed as a means 55 of transition, as, for example,<sup>6</sup> "Cominius, however—nay, pardon me, gentlemen." This last instance also involves *digression*, if indeed digression is to be counted among *figures*, since some authorities regard it as forming one of the parts of a speech.<sup>7</sup> For at

<sup>5</sup> § 3. 'Αλλ' ἐμοὶ μὲν—ὄν βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδέν.

<sup>6</sup> From the *pro Cornelio*.

<sup>7</sup> *cp.* IV. III. 12.

## QUINTILIAN

- causae videatur) digressio; abit enim causa in laudes Cn. Pompeii, idque fieri etiam sine ἀποσιωπήσει  
 56 potuit. Nam brevior illa, ut ait Cicero, a re digressio plurimis fit modis. Sed haec exempli gratia sufficient: *Tum C. Varenius, is qui a familia Anchariana occisus est; hoc, quaeso, iudices, diligenter attendite; et pro Milone Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum*  
 57 *solebat, cum omnibus omnia minabatur.* Est alia non quidem reticentia, quae sit imperfecti sermonis, sed tamen praecisa velut ante legitimum finem oratio: ut illud *Nimis urgeo, commoveri videtur adolescens; et Quid plura?*<sup>1</sup> *ipsum adolescentem dicere audistis.*
- 58 Imitatio morum alienorum, quae ἠθοποιία vel, ut alii malunt, μίμησις dicitur, iam inter leniores adfectus numerari potest; est enim posita fere in eludendo, sed versatur et in factis et in dictis. In factis, quod est ὑποτυπώσει vicinum; in dictis, quale est apud Terentium:

*At ego nesciebam, quorsum tu ires. Parvula  
 Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua,  
 Soror dicta est: cupio abducere, ut reddam suis.*

- 59 Sed nostrorum quoque dictorum factorumque similis imitatio est per relationem, nisi quod frequentius

<sup>1</sup> ne multa, Cicero.

<sup>1</sup> From the passage quoted IX. i. 28.

<sup>2</sup> From the lost *pro Vareno*.

<sup>3</sup> xii. 33.

<sup>4</sup> *pro Lig.* iii. 9.

<sup>5</sup> A free quotation from *Verr.* v. xlv. 116.

<sup>6</sup> *Eun.* i. ii. 75.

this point the orator diverges to sing the praises of Gnaeus Pompeius, which he might have done without any recourse to *aposiopesis*. For as Cicero<sup>1</sup> says, 56 the shorter form of *digression* may be effected in a number of different ways. The following passages will, however, suffice as examples: "Then Gaius Varenus, that is, the Varenus who was killed by the slaves of Ancharius:—I beg you, gentlemen, to give careful attention to what I am about to say<sup>2</sup>;" the second is from the pro Milone<sup>3</sup>: "Then he turned on me that glance, which it was his wont to assume, when he threatened all the world with every kind of violence." There is also another kind of figure, 57 which is not *aposiopesis*, since that involves leaving a sentence unfinished, but consists in bringing our words to a close before the natural point for their conclusion. The following is an example<sup>4</sup>: "I am pressing my point too far; the young man appears to be moved"; or<sup>5</sup> "Why should I say more? you heard the young man tell the story himself."

The imitation of other persons' characteristics, 58 which is styled *ἠθοποιία* or, as some prefer *μίμησις*, may be counted among the devices which serve to excite the gentler emotions. For it consists mainly in banter, though it may be concerned either with words or deeds. If concerned with the latter, it closely resembles *ὑποτύπωσις*, while the following passage from Terence<sup>6</sup> will illustrate it as applied to words: "I didn't see your drift. 'A little girl was stolen from this place; my mother brought her up as her own daughter. She was known as my sister. I want to get her away to restore her to her relations.'" We may, however, imitate our own 59 words and deeds in a similar fashion by relating some

## QUINTILIAN

asseverat quam eludit: *Dicebam habere eos actorem Q. Caecilium.* Sunt et illa iucunda et ad commendationem cum varietate tum etiam ipsa natura plurimum prosunt, quae simplicem quandam et non praeparatam ostendendo orationem minus nos  
 60 suspectos iudici faciunt. Hinc est quasi paenitentia dicti, ut pro Caelio *Sed quid ego ita gravem personam introduxi?* Et quibus utimur vulgo: *Imprudens incidi.* Vel cum quaerere nos, quid dicamus, fingimus: *Quid reliquum est?* et *Num quid omisi?* et cum ibidem invenire, ut ait Cicero: *Unum etiam mihi reliquum huiusmodi crimen est;* et *Aliud ex alio*  
 61 *succurrit mihi.* Unde etiam venusti transitus fiunt; non quia transitus ipse sit schema, ut Cicero, narrato Pisonis exemplo, qui anulum sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat, velut hoc in memoriam inductus adiecit: *Hic modo me commonuit Pisonis anulus, quod totum effluxerat. Quam multis istum putatis hominibus honestis de digitis anulos aureos abstulisse?* Et cum aliqua velut ignoramus: *Sed*

---

<sup>1</sup> *Div. in Caec.* ii. 4. Cicero ironically suggested to the Sicilians that Caecilius should undertake their case. He was a bogus accuser put forward by Verres himself, whose quaestor he had been in Sicily.

<sup>2</sup> xv. 35.

<sup>3</sup> *Verr.* iv. xx. 43.

<sup>4</sup> *pro Cluent.* lxi. 169.

<sup>5</sup> *Verr.* iv. xxvi. 57.

<sup>6</sup> *Verr.* iv. iii. 5.

act or statement, though in such cases the speaker more frequently does so to assert his point than for the sake of banter, as, for example, in the following,<sup>1</sup> "I said that they had Quintus Caecilius to conduct the prosecution." There are other devices also which are agreeable in themselves and serve not a little to commend our case both by the introduction of variety and by their intrinsic naturalness, since by giving our speech an appearance of simplicity and spontaneity they make the judges more ready to accept our statements without suspicion. Thus we 60 may feign repentance for what we have said, as in the *pro Caelio*,<sup>2</sup> where Cicero says, "But why did I introduce so respectable a character?" Or we may use some common phrase, such as, "I didn't mean to say that."<sup>3</sup> Or we may pretend that we are searching for what we should say, as in the phrases, "What else is there?" or "Have I left anything out?" Or we may pretend to discover something suggested by the context, as when Cicero<sup>4</sup> says, "One more charge, too, of this sort still remains for me to deal with," or "One thing suggests another." Such 61 methods will also provide us with elegant transitions, although transition is not itself to be ranked among figures: for example, Cicero,<sup>5</sup> after telling the story of Piso, who ordered a goldsmith to make a ring before him in court, adds, as though this story had suggested it to him, "This ring of Piso's reminds me of something which had entirely slipped my memory. How many gold rings do you think Verres has stripped from the fingers of honourable men?" Or we may affect ignorance on certain points, as in the following passage<sup>6</sup>: "But who was the sculptor who made those statues? Who

- earum rerum artificem, quem? quemnam? Recte*  
 62 *admones, Polyclitum esse dicebant.* Quod quidem non in hoc tantum valet. Quibusdam enim, dum aliud agere videmur, aliud efficimus, sicut hic Cicero consequitur, ne, cum morbum in signis atque tabulis obiiciat Verri, ipse quoque earum rerum studiosus esse credatur. Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone et Salamine id agit, ut minore invidia cladis apud Chaeroneam acceptae  
 63 laboret. Faciunt illa quoque iucundam orationem, aliqua mentione habita differre et deponere apud memoriam iudicis et reposcere quae deposueris, et iterare<sup>1</sup> quaedam schemate aliquo, (non enim est ipsa per se iteratio schema) et excipere aliqua et dare actioni varios velut vultus. Gaudet enim res varietate, et sicut oculi diversarum aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis praestat, in quod se velut novum intendant.
- 64 Est emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, ut apud Vergilium

*Non licuit thalami expertem sine crimine vitam  
 Degere more ferae?*

Quanquam enim de matrimonio queritur Dido,

iterare, *Halm*: sperare, *B*: separare *A* (*m.2*).

---

<sup>1</sup> *De Coron.* 263. He argued that defeat in such a cause could bring no shame. Athens would have been unworthy of the heroes of old had she not fought for freedom.

<sup>2</sup> *Aen.* iv. 550.



was he? Thank you for prompting me, you are right; they said it was Polyclitus." This device 62 may serve for other purposes as well. For there are means of this kind whereby we may achieve an end quite other than that at which we appear to be aiming, as, for example, Cicero does in the passage just quoted. For while he taunts Verres with a morbid passion for acquiring statues and pictures, he succeeds in creating the impression that he personally has no interest in such subjects. So, too, when Demosthenes<sup>1</sup> swears by those who fell at Marathon and Salamis, his object is to lessen the odium in which he was involved by the disaster at Chaeronea. We may further lend charm to our 63 speech by deferring the discussion of some points after just mentioning them, thus depositing them in the safe keeping of the judge's memory and afterwards reclaiming our deposit; or we may employ some figure to enable us to repeat certain points (for repetition is not in itself a figure) or may make especial mention of certain things and vary the aspect of our pleading. For eloquence delights in variety, and just as the eye is more strongly attracted by the sight of a number of different things, so oratory supplies a continuous series of novelties to rivet the attention of the mind.

*Emphasis* may be numbered among figures also, 64 when some hidden meaning is extracted from some phrase, as in the following passage from Virgil :

" Might I not have lived,  
From wedlock free, a life without a stain,  
Happy as beasts are happy? " <sup>2</sup>

For although Dido complains of marriage, yet her

## QUINTILIAN

tamen huc erumpit eius adfectus, ut sine thalamis vitam non hominum putet, sed ferarum. Aliud apud Ovidium genus, apud quem Zmyrna nutrici amorem patris sic confitetur;

*O, dixit, felicem coniuge matrem!*

65 Huic vel confinis vel eadem est, qua nunc utimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod et frequentissimum est et exspectari maxime credo, veniendum est, in quo per quandam suspicionem quod non dicimus accipi volumus, non utique contrarium, ut in *εἰρωνεία*, sed aliud latens et auditori quasi invenien-  
 dum. Quod, ut supra ostendi, iam fere solum schema a nostris vocatur, et unde controversiae  
 66 figuratae dicuntur. Eius triplex usus est: unus si dicere palam parum tutum est, alter si non decet, tertius qui venustatis modo gratia adhibetur et ipsa novitate ac varietate magis, quam si relatio<sup>1</sup> sit recta, delectat.

67 Ex his, quod est primum, frequens in scholis est. Nam et pactiones deponentium imperium tyrannorum et post bellum civile senatus consulta finguntur et capitale est obiicere antea, ut, quod

<sup>1</sup> si relatio, *A* (si r by 2nd hand): si elatio, *B*.

<sup>1</sup> *Mt.* x. 422.

<sup>2</sup> ix. i. 14.

passionate outburst shows that she regards life without wedlock as no life for man, but for the beasts of the field. A different kind of emphasis is found in Ovid, where Zmyrna confesses to her nurse her passion for her father in the following words:

“O mother, happy in thy spouse!”<sup>1</sup>

Similar, if not identical with this figure is another, 65 which is much in vogue at the present time. For I must now proceed to the discussion of a class of figure which is of the commonest occurrence and on which I think I shall be expected to make some comment. It is one whereby we excite some suspicion to indicate that our meaning is other than our words would seem to imply; but our meaning is not in this case contrary to that which we express, as is the case in *irony*, but rather a hidden meaning which is left to the hearer to discover. As I have already pointed out,<sup>2</sup> modern rhetoricians practically restrict the name of *figure* to this device, from the use of which *figured* controversial themes derive their name. This class of figure may be em- 66  
ployed under three conditions: first, if it is unsafe to speak openly; secondly, if it is unseemly to speak openly; and thirdly, when it is employed solely with a view to the elegance of what we say, and gives greater pleasure by reason of the novelty and variety thus introduced than if our meaning had been expressed in straightforward language.

The first of the three is of common occurrence in 67 the schools, where we imagine conditions laid down by tyrants on abdication and decrees passed by the senate after a civil war, and it is a capital offence to accuse a person with what is past, what is not

in foro non expedit, illic nec liceat. Sed schematum condicio non eadem est. Quamlibet enim apertum, quod modo et aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantum, non etiam offensa vitatur. Quod si ambiguitate sententiae possit eludi, nemo non illi furto favet.

68 Vera negotia nunquam adhuc habuerunt hanc silentii necessitatem; sed aliam huic similem, verum multo ad agendum difficiliorem, cum personae potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri causa

69 non possit. Ideoque hoc parcius et circumspectius faciendum est, quia nihil interest, quomodo offendas, et aperta figura perdit hoc ipsum quod figura est. Ideoque a quibusdam tota res repudiatur, sive intelligatur sive non intelligatur. Sed licet modum adhibere; in primis, ne sint manifestae. Non erunt autem, si non ex verbis dubiis et quasi duplicibus petentur, quale est in suspecta nuru, *Duxi uxorem,*

70 *quae patri placuit;* aut, quod est multo ineptius,

expedient in the courts being actually prohibited in the schools. But the conditions governing the employment of figures differ in the two cases. For we may speak against the tyrants in question as openly as we please without loss of effect, provided always that what we say is susceptible of a different interpretation, since it is only danger to ourselves, and not offence to them, that we have to avoid. And if the danger can be avoided by any 68 ambiguity of expression, the speaker's cunning will meet with universal approbation. On the other hand, the actual business of the courts has never yet involved such necessity for silence, though at times they require something not unlike it, which is much more embarrassing for the speaker, as, for example, when he is hampered by the existence of powerful personages, whom he must censure if he is to prove his case. Consequently he must 69 proceed with greater wariness and circumspection; since the actual manner in which offence is given is a matter of indifference, and if a figure is perfectly obvious, it ceases to be a figure. Therefore such devices are absolutely repudiated by some authorities, whether the meaning of the figure be intelligible or not. But it is possible to employ such *figures* in moderation, the primary consideration being that they should not be too obvious. And this fault can be avoided, if the *figure* does not depend on the employment of words of doubtful or double meaning, such, for instance, as the words which occur in the theme of the suspected daughter-in-law<sup>1</sup>: "I married the wife who pleased my father." It is important, too, that the *figure* should 70

<sup>1</sup> *i. e.* suspected of an intrigue with her father-in-law.

compositionibus ambiguis, ut in illa controversia, in qua infamis amore filiae virginis pater raptam eam interrogat, a quo vitiata sit, *Quis te*, inquit, 71 *rapuit? Tu, pater, nescis?* Res ipsae perducant iudicem ad suspicionem, et amoliamur cetera, ut hoc solum supersit; in quo multum etiam adfectus iuvant et interrupta silentio dictio et cunctationes. Sic enim fiet, ut iudex quaerat illud nescio quid ipse, quod fortasse non crederet, si audiret, et ei, 72 quod a se inventum existimat, credat. Sed ne si optimae quidem sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa figurae aperiuntur, nec offensae minus habent, sed auctoritatis; nec pudor videtur, quod non palam obiicias, sed diffidentia. In summa, sic maxime iudex credit figuris, si nos putat nolle 73 dicere. Equidem et in personas incidi tales et in rem quoque, quod est magis rarum, quae obtineri nisi hac arte non posset. Ream tuebar, quae subiecisse dicebatur mariti testamentum, et dicebantur chirographum marito exspiranti heredes 74 dedisse; et verum erat. Nam, quia per leges

---

<sup>1</sup> The sense of the words depends on the punctuation, according as we place a full-stop or a comma after *My father*.

<sup>2</sup> The bond was to the effect that they would make over the property to the wife; the existence of such a bond proved the wife innocent, since it was a virtual confirmation of the will, of which it showed the husband to have cognisance. But the bond was not valid in the eye of the law and such *tacita fideicommissa* were illegal, since the wife could not inherit; consequently the admission of the existence of the bond would have involved the loss of the inheritance, which on information being laid (cp. *delatores*) would have lapsed to the state. *Caput* is the civil status of the wife. With regard to *dicebantur*, the writing is careless, as it suggests that the statement was made by the prosecution, which was, of course, not the case.

not depend on ambiguous collocations of words (a trick which is far more foolish than the last); an example of this is to be found in the controversial theme, where a father, accused of a criminal passion for his unmarried daughter, asks her for the name of her ravisher. "Who dishonoured you?" he says. She replies: "My father, do you not know?"<sup>1</sup> 71

The facts themselves must be allowed to excite the suspicions of the judge, and we must clear away all other points, leaving nothing save what will suggest the truth. In doing this we shall find emotional appeals, hesitation and words broken by silences most effective. For thus the judge will be led to seek out the secret which he would not perhaps believe if he heard it openly stated, and to believe in that which he thinks he has found out for himself. But however excellent our *figures*, they must not be 72 too numerous. For overcrowding will make them obvious, and they will become ineffective without becoming inoffensive, while the fact that we make no open accusation will seem to be due not to modesty, but to lack of confidence in our own cause. In fact, we may sum up the position thus: our figures will have most effect upon the judge when he thinks that we use them with reluctance. I 73

myself have come across persons whom it was impossible to convince by other means: I have even come across a much rarer thing, namely, a case which could only be proved by recourse to such devices. I was defending a woman who was alleged to have forged her husband's will, and the heirs were stated to have given a bond<sup>2</sup> to the husband on his deathbed, which latter assertion was true. For since the wife could not legally be appointed 74

institui uxor non poterat heres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum pervenirent. Et caput quidem tueri facile erat, si hoc diceremus palam, sed peribat hereditas. Ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factum, delatores non possent apprehendere ut dictum; et contigit utrumque. Quod non inseruissem, veritus opinionem iactantiae, nisi probare voluissem in foro quoque esse his figuris locum.

75 Quaedam etiam, quae probare non possis, figura potius spargenda sunt. Haeret enim nonnunquam telum illud occultum, et hoc ipso, quod non apparet, eximi non potest; at si idem dicas palam, et defenditur et probandum est.

76 Cum autem obstat nobis personae reverentia, (quod secundum posuimus genus) tanto cautius dicendum est, quanto validius bonos inhibet pudor quam metus. Hic vero tegere nos iudex quod sciamus et verba vi quadam veritatis erumpentia credat coercere. Nam quanto magis<sup>1</sup> aut ipsi, in quos dicimus, aut iudices aut adsistentes oderint

<sup>1</sup> quanto magis, *Halm*: quo minus, *AB*



his heir, this procedure was adopted to enable the property to be transferred to her by a secret conveyance in trust. Now it was easy for me to secure the woman's acquittal, by openly mentioning the existence of the bond; but this would have involved her loss of the inheritance. I had, therefore, to plead in such a way that the judges should understand that the bond had actually been given, but that informers might be unable to avail themselves of any statement of mine to that effect. And I was successful in both my aims. The fear of seeming to boast my own skill would have deterred me from mentioning this case, but for the fact that I wished to demonstrate that there was room for the employment of these *figures* even in the courts. Some things, 75 again, which cannot be proved, may, on the other hand, be suggested by the employment of some *figure*. For at times such hidden shafts will stick, and the fact that they are not noticed will prevent their being drawn out, whereas if the same point were stated openly, it would be denied by our opponents and would have to be proved.

When, however, it is respect for some person that 76 hampers us (which I mentioned as the second condition<sup>1</sup> under which such *figures* may be used), all the greater caution is required because the sense of shame is a stronger deterrent to all good men than fear. In such cases the judge must be impressed with the fact that we are hiding what we know and keeping back the words which our natural impulse to speak out the truth would cause to burst from our lips. For those against whom we are speaking, together with the judges and our audience, would

<sup>1</sup> See § 66.

## QUINTILIAN

hanc maledicendi lasciviam, si velle nos credant?

77 Aut quid interest quomodo dicatur, cum et res et animus intelligitur? Quid dicendo denique proficimus, nisi ut palam sit facere nos quod ipsi sciamus non esse faciendum? Atqui praecipue prima, quibus praecipere coeperam, tempora hoc vitio laborarunt. Dicebant enim libenter tales controversias, quae difficultatis gratia placent, cum

78 sint multo faciliores. Nam rectum genus approbari nisi maximis viribus non potest; haec deverticula et anfractus suffugia sunt infirmitatis, ut qui cursu parum valent, flexu eludunt, cum haec, quae adfectatur, ratio sententiarum non procul a ratione iocandi abhorreat. Adiuvat etiam, quod auditor gaudet intelligere, et favet ingenio suo et alio

79 dicente se laudat. Itaque non solum, si persona obstaret rectae orationi, (quo in genere saepius modo quam figuris opus est) decurrebant ad schemata, sed faciebant illis locum etiam, ubi inutiles ac nefariae essent, ut si<sup>1</sup> pater, qui infamem in matrem filium secreto occidisset, reus malae

<sup>1</sup> si, *Regius*: is, *MSS.*

assuredly be all the more incensed by such toying with detraction, if they thought that we were inspired by deliberate malice. And what difference 77 does it make how we express ourselves, when both the facts and our feelings are clearly understood? And what good shall we do by expressing ourselves thus except to make it clear that we are doing what we ourselves know ought not to be done? And yet in the days when I first began to teach rhetoric, this failing was only too common. For declaimers selected by preference those themes which attracted them by their apparent difficulty, although as a matter of fact they were much easier 78 than many others. For straightforward eloquence requires the highest gifts to commend itself to the audience, while these circuitous and indirect methods are merely the refuge of weakness, for those who use them are like men who, being unable to escape from their pursuers by speed, do so by doubling, since this method of expression, which is so much affected, is really not far removed from jesting. Indeed it is positively assisted by the fact that the hearer takes pleasure in detecting the speaker's concealed meaning, applauds his own penetration and regards another man's eloquence as a compliment to himself. Consequently it was not 79 merely in cases where respect for persons prevented direct speaking (a circumstance which as a rule calls for caution rather than *figures*) that they would have recourse to *figurative* methods, but they made room for them even under circumstances where they were useless or morally inadmissible, as for example in a case where a father, who had secretly slain his son whom he suspected of incest with his mother,

tractationis iacularetur in uxorem obliquis sententiis.

80 Nam quid impurius, quam retinuisse talem? Quid porro tam contrarium quam eum, qui accusetur, quia summum nefas suspicatus de uxore videatur, confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est? At si iudicum sumerent animum, scirent, quam eiusmodi actionem laturi non fuissent, multoque etiam minus, cum in parentes abominanda crimina spargerentur.

81 Et quatenus huc incidimus, paulo plus scholis demus. Nam et in his educatur orator, et in eo, quomodo declamatur, positum est etiam, quomodo agatur. Dicendum ergo de iis quoque, in quibus non asperas figuras, sed palam contrarias causae plerique fecerunt: *Tyrannidis adfectatae damnatus torqueatur, ut conscios indicet; accusator eius optet, quod volet. Patrem quidam damnavit,<sup>1</sup> optat, ne is*  
 82 *torqueatur; pater ei contra dicit.* Nemo se tenuit agens pro patre, quin figuras in filium faceret, tanquam illum conscium in tormentis nominaturus. Quo quid stultius? Nam cum hoc iudices intel-

<sup>1</sup> quidam damnavit, B: qui accusavit, A.

and was accused of ill-treating his wife, was made to bring indirect insinuations against his wife. But 80 what could be more discreditable to the accused than that he should have kept such a wife? What could be more damaging than that he who is accused because he appears to have harboured the darkest suspicions against his wife, should by his defence confirm the charge which he is required to refute? If such speakers had only placed themselves in the position of the judges, they would have realised how little disposed they would have been to put up with pleading on such lines, more especially in cases where the most abominable crimes were insinuated against parents.

However, since we have lighted on this topic, let 81 us devote a little more time to considering the practice of the schools. For it is in the schools that the orator is trained, and the methods adopted in pleading ultimately depend on the methods employed in declamation. I must therefore say something of those numerous cases in which *figures* have been employed which were not merely harsh, but actually contrary to the interests of the case. "A man condemned for attempting to establish himself as tyrant shall be tortured to make him reveal the names of his accomplices. The accuser shall choose what reward he pleases. A certain man has secured the condemnation of his father and demands as his reward that he should not be tortured. The father opposes his choice." Everyone who pleaded for the 82 father indulged in *figurative* insinuations against the son, on the assumption that the father would, when tortured, be likely to name him as one of his accomplices. But what could be more foolish? For as

legerint, aut non torquebitur, cum ideo torqueri  
 83 velit, aut torto non credetur. At credibile est,  
 hoc eum velle. Fortasse; dissimulet ergo, ut  
 efficiat. Sed nobis (declamatoribus dico) quid  
 proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus? Ergo,  
 si vere ageretur, similiter consilium illud latens  
 prodidissemus? Quid? si neque utique verum est,  
 et habere alias hic damnatus contradicendi causas  
 potest, vel quod legem conservandam putet, vel  
 quod nolit accusatori debere beneficium, vel (quod  
 ego maxime sequerer) ut innocentem se esse in  
 84 tormentis pertendat? Quare ne illud quidem  
 semper succurret sic dicentibus, *Patrocinium hoc*  
*voluit, qui controversiam finxit.* Fortasse enim noluit;  
 sed esto, voluerit: continuone, si ille stulte cogitavit,  
 nobis quoque stulte dicendum est? At ego in causis  
 agendis frequenter non puto intuendum, quid  
 85 litigator velit. Est et ille in hoc genere frequens  
 error, ut putent aliud quosdam dicere aliud velle,  
 praecipue cum in themate est aliquem, ut sibi  
 mori liceat, postulare, ut in illa controversia, *Qui*  
*aliquando fortiter fecerat et alio bello petierat, ut*  
 426

soon as the judges grasp their point, they will either refuse to put him to the torture in view of his motive for desiring to be tortured, or will refuse to believe any confession he may make under torture. But, it will be urged, it is possible that this was his 83 motive. May be. But he should then disguise his motive, in order that he may effect his purpose. But what will it profit us (and by *us* I mean the declaimers) to have realised this motive, unless we declare it as well? Well, then, if the case were being actually pleaded in the courts, should we have disclosed this secret motive in such a way? Again, if this is not the real motive, the condemned man may have other reasons for opposing his son; he may think that the law should be carried out or be unwilling to accept such a kindness from the hands of his accuser, or (and this is the line on which I personally should insist) he may intend to persist in declaring his innocence even under torture. Consequently the usual excuse advanced by such 84 declaimers to the effect that the inventor of the theme meant the defence to proceed on these lines, will not always serve their purpose. It is possible that this was not the inventor's wish. However, let us assume that it was. Are we then to speak like fools merely because he thought like a fool? Personally I hold that, even in actual cases, we should often disregard the wishes of the litigant. Further, 85 in such cases speakers fall into the frequent error of assuming that certain persons say one thing and mean another: this is more especially the case where it is assumed that a man asks permission to die. Take, for example, the following controversial theme. "A man who had shown himself a heroic soldier in

## QUINTILIAN

*militia vacaret ex lege quod quinquagenarius esset, adversante filio ire in aciem coactus deseruit. Filius, qui fortiter eodem proelio fecerat, incolumitatem eius optat; contra dicit pater. "Non enim," inquit,*  
 86 "*mori vult, sed invidiam filio facere.*" Equidem rideo, quod illi sic timent tanquam ipsi morituri et in consilium suos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa voluntariam mortem, causarum quoque, quas habet factus ex viro forti desertor.  
 87 Sed de una controversia loqui<sup>1</sup> supervacuum est. Ego in universum neque oratoris puto esse unquam praevaricari, neque litem intelligo, in qua pars utraque idem velit, neque tam stultum quemquam, qui, si vivere vult, mortem potius male petat quam  
 88 omnino non petat. Non tamen nego esse controversias huiusmodi figuratas, ut est illa, *Reus parricidii, quod fratrem occidisset, damnatum iri videbatur; pater pro testimonio dixit cum se iubente fecisse;*

<sup>1</sup> loqui, *B*: sequi contrarium, *A*.

---

<sup>1</sup> The father does not wish to die, but merely to bring odium on his son, *i. e.* he is saying one thing and meaning another, for his real desire is to save his life. Consequently, despite their quarrel, both parties are aiming at the same thing, the saving of the father, while the father's plea is practically tantamount to collusion (*praevaricatio*) with his opponent.



the past, on the occasion of a subsequent war demanded exemption from service in accordance with the law, on the ground that he was fifty years of age, but exemption being refused owing to the opposition of his son, he deserted on being compelled to go into the fight. The son, who had borne himself like a hero in the same battle, asks for his father's pardon as a reward. The father opposes his choice." "Yes," they say, "that is due not to his desire to die, but to bring odium on his son." For my part, I laugh at the fears which they manifest 86 on his behalf, as though they were in peril of death themselves, and at the way in which they allow their terror to influence their line of pleading; for they forget how many precedents there are for suicide and how many reasons there may be why a hero turned deserter should wish for death. But it would 87 be waste of time to expatiate on one controversial theme. I would lay it down as a general rule that an orator should never put forward a plea that is tantamount to collusion, and I cannot imagine a lawsuit arising in which both parties have the same design, nor conceive that any man who wishes to live could be such a fool as to put forward an absurd plea for death, when he might refrain from pleading for it at all.<sup>1</sup> I do not, however, deny that there are con- 88 troversial themes of this kind where *figures* may legitimately be employed, as, for example, the following: "A man was accused of unnatural murder on the ground that he had killed his brother, and it seemed probable that he would be condemned. His father gave evidence in his defence, stating that the murder had been committed on his orders. The son was acquitted, but disinherited by the

*absolutum abdicat.* Nam neque in totum filio parcat nec, quod priore iudicio adfirmavit, mutare palam potest et, ut non durat ultra poenam abdicationis, ita abdicat tamen; et alioqui figura in patrem plus  
 89 facit, quam licet, in filium minus. Ut autem nemo contra id, quod vult, dicit, ita potest melius aliquid velle quam dicit, quo modo ille abdicatus, qui a patre, ut filium expositum et ab eo educatum solutis alimentis recipiat, postulat, revocari fortasse mavult,  
 90 non tamen quod petit non vult. Est latens et illa significatio qua, cum ius asperius petitur a iudice fit tamen spes aliqua clementiae, non palam, ne paciscamur, sed per quandam credibilem suspicionem, ut in multis controversiis, sed in hac quoque: *Raptor, nisi intra tricesimum diem et raptae patrem et suum exoraverit, pereat; qui exorato raptae patre suum non*  
 91 *exorat, agit cum eo dementiae.* Nam si promittat hic pater, lis tollitur; si nullam spem faciat, ut non demens, crudelis certe videatur et a se iudicem aver-

---

<sup>1</sup> The sense is quite uncertain. The simplest interpretation is perhaps that the father's action and the *figura* by which he defends himself show that his evidence in the previous trial was false. The son has been acquitted on the father's evidence, and the father by punishing him has put himself in a hopelessly false position.

father." For in this case he does not pardon his son entirely, but cannot openly withdraw the evidence that he gave in the first trial, and while he does not inflict any worse penalty than disinheritance, he does not shrink from that. Further, the employment of the *figure* tells more heavily against the father than is fair and less against the son.<sup>1</sup> But, while no one 89 ever speaks against the view which he wishes to prevail, he may wish something of greater importance than what he actually says. Thus the disinherited son who asks his father to take back another son whom he had exposed, and who had been brought up by himself, on payment for his maintenance, while he may prefer that he himself should be reinstated, may all the same be perfectly sincere in his demand on behalf of his brother. Again, a kind of tacit hint may be employed, which, 90 while demanding the utmost rigour of the law from the judges, suggests a loophole for clemency, not openly, for that would imply a pledge on our part, but by giving a plausible suspicion of our meaning. This device is employed in a number of controversial themes, among them the following. "A ravisher, unless within thirty days he secure pardon both from his own father and the father of the ravished girl, shall be put to death. A man who has succeeded in securing pardon from the father of the girl, but not from his own, accuses the latter of madness." Here if the father pledges himself to 91 pardon him, the dispute falls to the ground. If, on the other hand, he holds out no hope of pardon, though he will not necessarily be regarded as mad, he will certainly give the impression of cruelty and will prejudice the judge against him. *Latro* there-

## QUINTILIAN

tat. Latro igitur optime, *Occides ergo?—Si potero.* Remissius et pro suo ingenio pater Gallio, *Dura, 92 anime, dura; here fortior fuisti.* Confinia sunt his celebrata apud Graecos schemata, per quae res asperas mollius significant. Nam Themistocles suasisse existimatur Atheniensibus, ut urbem apud deos deponerent, quia durum erat dicere, ut relinquerent. Et, qui Victorias aureas in usum belli conflari volebat, ita declinavit, victoriis utendum esse. Totum autem allegoriae simile est aliud dicere aliud intelligi velle.

93 Quaesitum etiam est, quomodo responderi contra figuras oporteret. Et quidam semper ex diverso aperiendas putaverunt, sicut latentia vitia rescinduntur. Idque sane frequentissime faciendum est; aliter enim dilui obiecta non possunt, utique cum quaestio in eo consistit, quod figurae petunt. At cum maledicta sunt tantum, et non intelligere 94 interim bonae conscientiae est. Atque etiam si fuerint crebriores figurae quam ut dissimulari possint, postulandum est, ut nescio quid illud,

---

<sup>1</sup> *Si potero* is ambiguous. It might mean "If I have the heart to do so." Here lies the loophole for clemency to which Quintilian has referred.

<sup>2</sup> Unknown.

fore showed admirable skill when he made the son say, "You will kill me then?" and the father reply, "Yes, if I can."<sup>1</sup> The elder Gallio treats the theme with greater tenderness, as was natural to a man of his disposition. He makes the father say, "Be firm, my heart, be firm. Yesterday you were made of sterner stuff." Akin to this are those *figures* of 92 which the Greeks are so fond, by means of which they give gentle expression to unpleasing facts. Themistocles, for example, is believed to have urged the Athenians to commit their city to the protection of heaven, because to urge them to abandon it would have been too brutal an expression. Again the statesman<sup>2</sup> who advised that certain golden images of Victory should be melted down as a contribution to the war funds, modified his words by saying that they should make a proper use of their victories. But all such devices which consist in saying one thing, while intending something else to be understood, have a strong resemblance to *allegory*.

It has also been asked how *figures* may best be 93 met. Some hold that they should always be exposed by the antagonist, just as hidden ulcers are laid open by the surgeon. It is true that this is often the right course, being the only means of refuting the charges which have been brought against us, and this is more especially the case when the question turns on the very point at which the *figures* are directed. But when the *figures* are merely employed as vehicles of abuse, it will sometimes even be wisest to show that we have a clear 94 conscience by ignoring them. Nay, even if too many figures have been used to permit us to take such a course, we may ask our opponents, if they

quod adversarii obliquis sententiis significare voluerint, si fiducia sit, obiiciant palam, aut certe non exigant ut, quod ipsi non audent dicere, id iudices non modo intelligant, sed etiam credant. Utilis aliquando etiam dissimulatio est, ut in eo (nota enim fabula est), qui, cum esset contra eum dictum, *Iura per patris<sup>1</sup> tui cineres*, paratum se esse respondit, et iudex condicione usus est, clamante multum advocato schemata de rerum natura tolli, ut protinus etiam praeceptum sit, eiusmodi figuris utendum temere non esse.

96 Tertium est genus, in quo sola melius dicendi petitur occasio; ideoque id Cicero non putat esse positum in contentione. Tale est illud, quo idem utitur in Clodium: *Quibus iste, qui omnia sacrificia nosset, facile ab se deos placari posse arbitrabatur.*

97 Ironia quoque in hoc genere materiae frequentissima est. Sed eruditissimum longe, si per aliam rem

<sup>1</sup> patris, *Seneca* (Contr. 7), *Sueton.* : patroni, *MSS.*

have any confidence in the righteousness of their cause, to give frank and open expression to the charges which they have attempted to suggest by indirect hints, or at any rate to refrain from asking the judges not merely to understand, but even to believe things which they themselves are afraid to state in so many words. It may even at times be 95 found useful to pretend to misunderstand them; for which we may compare the well-known story of the man who, when his opponent cried, "Swear by the ashes of your father,"<sup>1</sup> replied that he was ready to do so, whereupon the judge accepted the proposal, much to the indignation of the advocate, who protested that this would make the use of *figures* absolutely impossible; we may therefore lay it down as a general rule that such *figures* should only be used with the utmost caution.

There remains the third class of figure designed 96 merely to enhance the elegance of our style, for which reason Cicero expresses the opinion that such *figures* are independent of the subject in dispute. As an illustration I may quote the *figure* which he uses in his speech<sup>2</sup> against Clodius: "By these means he, being familiar with all our holy rites, thought that he might easily succeed in appeasing the gods." *Irony* also is frequently employed in 97 this connexion. But by far the most artistic device

<sup>1</sup> See v. vi. 1. An oath might be taken by one of the parties as an alternative to evidence. In court such an oath might be taken only on the proposal of the defendant. The taking of such a proffered oath meant victory for the swearer.

<sup>2</sup> Lost. An allusion presumably to the occasion when Clodius was found disguised as a woman at the mysteries of the Bona Dea.

## QUINTILIAN

alia indicetur, ut adversus tyrannum, qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat, agit competitor, *Mihi in te dicere non licet, tu in me dic et potes;*  
 98 *nuper te volui occidere.* Frequens illud est nec magnopere captandum, quod petitur a iureiurando, ut pro exheredato, *Ita mihi contingat herede filio mori.* Nam et in totum iurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit, et est a Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc esse, sed testium. Nec meretur fidem qui sententiolae gratia iurat, nisi si potest  
 99 tam bene quam Demosthenes, ut supra dixi. Levissimum autem longe genus ex verbo, etiamsi est apud Ciceronem in Clodium, *Praesertim quam omnes amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putaverunt.*  
 100 Comparationem equidem video figuram quoque<sup>1</sup> esse, cum sit interim probationis, interim etiam causae genus, et sit talis eius forma, qualis est pro

<sup>1</sup> quoque, *Halm*: non, *MSS.*

<sup>1</sup> An example of this theme is preserved in the elder Seneca, Excerpt. contr. 5, 8. One candidate is permitted to speak against another. A tyrant has abdicated on condition of an amnesty and that any one who charged him with having been a tyrant should be liable to capital punishment. The ex-tyrant stands for a magistracy. The rival candidate speaks against him. The irony is in the last sentence.

<sup>2</sup> By this wish he expresses his disapproval of such acts as the disinheritance of a son.

<sup>3</sup> § 62.

<sup>4</sup> *pro Cael.* xiii. 32. The "word" is *amica*, which means either "mistress" or "friend."

<sup>5</sup> See v. xi. 32 (where for *heredem* read *heredi* with *MSS.*) "The man to whom the usufruct of a house has been left will not restore it in the interests of the heir if it collapses: just as he would not replace a slave if he should die."



is to indicate one thing by allusion to another; take the case where a rival candidate speaks against an ex-tyrant who had abdicated on condition of his receiving an amnesty<sup>1</sup>: "I am not permitted to speak against you. Do you speak against me, as you may. But a little while ago I wished to kill you." Another common device is to introduce an oath, like the speaker who, in defending a disinherited man, cried, "So may I die leaving a son to be my heir."<sup>2</sup> But this is not a *figure* which is much to be recommended, for as a rule the introduction of an oath, unless it is absolutely necessary, is scarcely becoming to a self-respecting man. Seneca made a neat comment to this effect when he said that oaths were for the witness and not for the advocate. Again, the advocate who drags in an oath merely for the sake of some trivial rhetorical effect, does not deserve much credit, unless he can do this with the masterly effect achieved by Demosthenes, which I mentioned above.<sup>3</sup> But by far the most trivial form of *figure* is that which turns on a single word, although we find such a figure directed against Clodia by Cicero<sup>4</sup>: "Especially when everybody thought her the friend of all men rather than the enemy of any."

I note that *comparison* is also regarded as a *figure*, although at times it is a form of proof,<sup>5</sup> and at others the whole case may turn upon it,<sup>6</sup> while its form may be illustrated by the following passage from

<sup>1</sup> *E.g.* when the accused admits that he is guilty of a crime, but seeks to show that his wrongdoing was the cause of greater good.

Murena, *Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille, ut eo, quo contendit,*<sup>1</sup> *mature cum exercitu perveniat; te gallorum illum buccinarum cantus exsuscitat et cetera.* Nescio an orationis potius quam sententiae sit. Id enim solum mutatur, quod non universa universis, sed singula singulis opponuntur. Et Celsus tamen et non negligens auctor Visellius in hac eam parte posuerunt, Rutilius quidem Lupus in utroque genere, idque ἀντίθετον vocat.

102 Praeter illa vero, quae Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa alia et idem Rutilius Gorgian secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cuius quattuor libros in unum suum transtulit, et Celsus, videlicet Rutilio accedens, posuerunt

103 schemata: consummationem, quam Graecus διαλλάγην vocat, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur; consequens, ille ἐπακολούθησιν, de quo nos in argumentis diximus; collectionem, qui apud illum est συλλογισμός: minas, id est κατάπληξιν exhortationem, παραινετικόν. Quorum nihil non

104 rectum est, nisi cum aliquam ex iis, de quibus locuti sumus, figuram accipit. Praeter haec Celsus excludere, asseverare, detrectare, excitare iudicem, proverbiiis uti, et versibus et ioco et invidia et invocatione intendere crimen (quod est δείνωσις),

1 intendit, *MSS. of Cicero.*

<sup>1</sup> *pro Muren. ix. 22.*

<sup>2</sup> διαλλάγή is corrupt, but the correct term has not yet been discovered. *MSS. ΔΙΑΜΑΘΗΝ, ΔΙΑΜΑΦΗΝ, etc.*

<sup>3</sup> See v. xiv. 1.

<sup>4</sup> The meaning of *detrectare* is uncertain. It may mean "refuse to deal with some topic," or simply "detract."

the *pro Murena*<sup>1</sup>: "You pass wakeful nights that you may be able to reply to your clients; he that he and his army may arrive betimes at their destination. You are roused by cockcrow, he by the bugle's reveillé," and so on. I am not sure, however, whether it is so much a *figure of thought* as of *speech*. For the only difference lies in the fact that universals are not contrasted with universals, but particulars with particulars. Celsus, however, and that careful writer Visellius regard it as a *figure of thought*, while Rutilius Lupus regards it as belonging to both, and calls it *antithesis*. 101

To the *figures* placed by Cicero among the ornaments of thought Rutilius (following the views of Gorgias, a contemporary, whose four books he transferred to his own work, and who is not to be confused with Georgias of Leontini) and Celsus (who follows Rutilius) would add a number of others, such as: *concentration*, which the Greek calls *διαλλαγή*,<sup>2</sup> a term employed when a number of different arguments are used to establish one point: *consequence*, which Gorgias calls *ἐπακολούθησις*, and which I have already discussed under the head of argument<sup>3</sup>: *inference*, which Gorgias terms *συλλογισμός*: *threats*, that is, *κατάπληξις*: *exhortation*, or *παραναιτικόν*. But all of these are perfectly straightforward methods of speaking, unless combined with some one of the *figures* which I have discussed above. Besides these, Celsus considers 102  
the following to be *figures*: exclusion, asseveration, refusal,<sup>4</sup> excitement of the judge, the use of proverbs, the employment of quotations from poetry, jests, invidious remarks or invocation to intensify a charge (which is identical with *δείνωσις*) flattery, 103  
104

- adulari, ignoscere, fastidire, admonere, satisfacere,  
 105 precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoque  
 et propositionem et divisionem et rerum duarum  
 cognationem, quod est, ut idem valeant quae videntur  
 esse diversa, ut non is demum sit veneficus, qui  
 vitam abstulit data potione, sed etiam qui mentem;  
 106 quod est in parte finitionis. Rutilius sive Gorgias,  
 ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίρρησιν, παρ-  
 αύξησιν, προέκθεσιν, quod est dicere quid fieri oportuerit,  
 deinde quid factum sit; ἐναντιότητα, unde sint  
 enthymemata κατ' ἐναντίωσιν,<sup>1</sup> μετάληψιν etiam, quo  
 statu Hermagoras utitur. Visellius, quanquam paucissimas  
 faciat figuras, ἐνθύμημα tamen, quod commentum vocat,  
 et, rationem appellans, ἐπιχείρημα inter eas habet. Quod  
 quidem recipit quodammodo et Celsus; nam consequens  
 an epichirema sit dubitat.  
 107 Visellius adiicit et sententiam. Invenio, qui aggregent  
 his διασκευὰς, ἀπαγορεύσεις, παραδιηγήσεις. Sed ut haec  
 non sunt schemata, sic alia vel sint forsitan ac nos fugerint  
 vel etiam nova fieri adhuc possint, eiusdem tamen naturae  
 cuius sunt ea de quibus dictum est.

<sup>1</sup> κατ' ἐναντίωσιν, Kayser: ΚΑΤΑΙΤΙΑCIV, A: ΚΑΤΑΙΚΤΙΑCIN, B.

<sup>1</sup> See IX. iii. 90. For enthymemes κατ' ἐναντίωσιν, see v. xiv. 2, and note on *ex pugnantis*, Vol. II. p. 524.

<sup>2</sup> See III. vi. 46. The term is not used here in the same sense as in VIII. vi. 37, but rather = *translatio*, see III. vi. 23. Lit. *translatio* means "transference of the charge": the sense is virtually the same as that of *exceptio* (a plea made by defendant in bar of plaintiff's action). "Competence" is perhaps the least unsatisfactory rendering.

<sup>3</sup> See note on v. xiv. 5, Vol. II. p. 524.

<sup>4</sup> Apparently some form of exaggeration.

pardon, disdain, admonition, apology, entreaty and rebuke. He even includes partition, proposition, 105  
 division and affinity between two separate things, by which latter he means that two things apparently different signify the same: for example, not only the man who murders another by administering a deadly draught is to be regarded as a poisoner, but also the man who deprives another of his wits by giving him some drug, a point which depends on *definition*. To these Rutilius or 106  
 Gorgias add *ἀναγκαῖον*, that is, the representation of the necessity of a thing, *ἀνάμνησις* or reminding, *ἀνθυποφορά*, that is, replying to anticipated objections, *ἀντίρρησις* or refutation, *παραύξησης* or amplification, *προέκθεσις*, which means pointing out what ought to have been done, and then what actually has been done, *ἐναντιότης*, or arguments from opposites<sup>1</sup> (whence we get *enthymemes* styled *κατ' ἐναντιώσιν*), and even *μετάληψις*, which Herma-  
 goras considers a *basis*.<sup>2</sup> Visellius, although he makes the number of *figures* but small, includes among them the *enthymeme*, which he calls *commentum*, and the *epicheireme*, which he calls *ratio*.<sup>3</sup>  
 This view is also partially accepted by Celsus, who is in doubt whether *consequence* is not to be identified with the *epicheireme*. Visellius also adds 107  
*general reflexions* to the list. I find others who would add to these *διασκευή*,<sup>4</sup> or enhancement, *ἀπαγορεύσις*, or prohibition, and *παραδιήγησις*, or incidental narrative. But though these are not figures, there may be others which have slipped my notice, or are yet to be invented: still, they will be of the same nature as those of which I have spoken above.

III. Verborum vero figurae et mutatae sunt semper et, utcunque valuit consuetudo, mutantur. Itaque, si antiquum sermonem nostro comparemus, paene iam quidquid loquimur figura est, ut *hac re invidere*, non ut veteres et Cicero praecipue, *hanc rem*, et *incumbere illi*, non *in illum*, et *plenum vino* non *vini*, et *huic* non *hunc adulari* iam dicitur et mille  
 2 alia; utinamque non peiora vincant. Verum schemata λέξεως duorum sunt generum: alterum loquendi rationem vocant, alterum maxime collocatione exquisitum est. Quorum tametsi utrumque convenit orationi, tamen possis illud grammaticum hoc rhetoricum magis dicere.

Prius fit iisdem generibus quibus vitia. Esset enim orationis schema vitium, si non peteretur, sed  
 3 accideret. Verum auctoritate, vetustate, consuetudine plerumque defenditur, saepe etiam ratione quadam. Ideoque, cum sit a simplici rectoque loquendi genere deflexa, virtus est, si habet probabile aliquid, quod sequatur. Una tamen in re maxime utilis, ut cotidiani ac semper eodem modo formati sermonis fastidium levet et nos a vulgari dicendi  
 4 genere defendat. Quodsi quis parce et, cum res poscet, utetur, velut asperso quodam condimento iucundior erit; at qui nimium adfectaverit, ipsam

---

<sup>1</sup> These grammatical figures would not be styled "figures of speech" in English. "Figures of language" would perhaps be more comprehensive, but "figures of speech" is the translation and direct descendant of the original Greek σχήματα λέξεως and has therefore been used throughout.

III. *Figures of speech* have always been liable to change and are continually in process of change in accordance with the variations of usage. Consequently when we compare the language of our ancestors with our own, we find that practically everything we say nowadays is *figurative*. For example, we say *invidere hac re* for to "grudge a thing," instead of *hanc rem*, which was the idiom of all the ancients, more especially Cicero, and *incumbere illi* (to lean upon him) for *incumbere in illum*, *plenum vino* (full of wine) for *plenum vini*, and *huic adulari* (to flatter him) for *hunc adulari*. I might quote a thousand other examples, and only wish I could say that the changes were not often changes for the worse. But 2  
to proceed, *figures of speech* fall into two main classes. One is defined as the form of language, while the other is mainly to be sought in the arrangement of words. Both are equally applicable in oratory, but we may style the former rather more grammatical and the latter more rhetorical.<sup>1</sup>

The former originates from the same sources as errors of language. For every *figure* of this kind would be an error, if it were accidental and not deliberate. But as a rule such *figures* are defended by 3  
authority, age and usage, and not infrequently by some reason as well. Consequently, although they involve a divergence from direct and simple language, they are to be regarded as excellences, provided always that they have some praiseworthy precedent to follow. They have one special merit, that they relieve the tedium of everyday stereotyped speech and save us from commonplace language. If a speaker 4  
use them sparingly and only as occasion demands, they will serve as a seasoning to his style and

## QUINTILIAN

illam gratiam varietatis amittet. Quanquam sunt quaedam figurae ita receptae, ut paene iam hoc ipsum nomen effugerint; quae etiamsi fuerint cre-  
 5 briores, consuetas aures minus ferient. Nam secretae et extra vulgarem usum positae ideoque magis notabiles,<sup>1</sup> ut novitate aurem excitant, ita copia satiant, et se non obvias fuisse dicenti sed conquisitas et ex omnibus latebris extractas congestasque declarant.

6 Fiunt ergo et circa genus figurae in nominibus; nam et *oculis capti talpae* et *timidi damae* dicuntur a Vergilio; sed subest ratio, quia sexus uterque altero significatur, tamque mares esse talpas damasque quam feminas certum est; et in verbis, ut  
 7 *fabricatus est gladium* et *inimicum poenitus es*. Quod mirum minus est, quia in natura verborum est et quae facimus patiendi modo saepe dicere, ut *arbitror*, *suspikor*, et contra faciendi quae patimur, ut *vapulo*; ideoque frequens permutatio est et pleraque utroque  
 8 modo efferuntur: *luxuriatur, luxuriat*; *fluctuatur, fluctuat*; *adsentior, adsentio*. Est figura et in numero,

<sup>1</sup> notabiles, *Lochmann*: nobiles, *MSS*.

<sup>1</sup> *Georg.* i. 183.

<sup>2</sup> *Ecl.* viii. 28.

<sup>3</sup> *Cic. pro Rab Post.* iii. 7. "He made a sword."

<sup>4</sup> *pro Mil.* xiii. 33. "You punished an enemy."



increase its attractions. If, on the other hand, he strains after them overmuch, he will lose that very charm of variety which they confer. Some figures, however, are so generally accepted that they have almost ceased to be regarded as figures: consequently however frequently they may be used, they will make less impression on the ear, just because it has become habituated to them. For abnormal *figures* 5 lying outside the range of common speech, while they are for that very reason more striking, and stimulate the ear by their novelty, prove cloying if used too lavishly, and make it quite clear that they did not present themselves naturally to the speaker, but were hunted out by him, dragged from obscure corners and artificially piled together.

*Figures*, then, may be found in connexion with the gender of nouns; for we find *oculis capti talpae*<sup>1</sup> (blind moles) and *timidi damue*<sup>2</sup> (timid deer) in Virgil; but there is good reason for this, since in these cases both sexes are covered by a word of one gender, and there is no doubt that there are male moles and deer as well as female. *Figures* may also affect verbs: for example, we find such phrases as *fabricatus est gladium*<sup>3</sup> or *inimicum poenitus es*.<sup>4</sup> This is the less 7 surprising, since the nature of verbs is such that we often express the active by the passive form, as in the case of *arbitror* (think) and *suspikor* (suspect), and the passive by the active, as in the case of *vapulo* (am beaten). Consequently the interchange of the two forms is of common occurrence, and in many cases either form can be used: for example, we may say *luxuriatur* or *luxuriat* (luxuriate), *fluctuatur* or *fluctuat* (fluctuate), *adsentior* or *adsentio* (agree). *Figures* also occur in connexion with number, as 8

## QUINTILIAN

vel cum singulari pluralis subiungitur, *Gladio pugnacissima gens Romani* (*gens enim ex multis*), vel ex diverso,

*Qui<sup>1</sup> non risere parentes,  
Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est ;*

9 Ex illis enim, *qui non risere*, hic quem non dignata. In satura est

*Et nostrum istud vivere triste  
Aspexi,*

cum infinito verbo sit usus pro appellatione ; nostram enim vitam vult intelligi. Utimur et verbo pro participio,

*Magnum dat ferre talentum,*

tanquam *ferendum*, et participio pro verbo, *Volo datum*.

10 Interim etiam dubitari potest, cui vitio simile sit schema : ut in hoc

*Virtus est vitium fugere :*

aut enim partes orationis mutat ex illo *Virtus est*

<sup>1</sup> qui, *Politianus* : cui, *MSS. of Quintilian and Virgil*.

<sup>1</sup> *Ecl.* iv. 62. "Those that have never smiled on their parents, neither does any god honour him by admitting him to his feasts nor goddess deem him worthy of her bed." Although there can be no doubt as to the correctness of Politian's emendation in the passage as quoted here, it is against all MSS. authority, both of Virgil and Quintilian, and it is still frequently held that Virgil wrote *cui*.

when the plural follows the singular, as in the phrase *gladio pugnacissima gens Romani* (the Romans are a nation that fight fiercely with the sword); for *gens* is a singular noun indicating multitude. Or the singular may follow the plural, as in the following instance,

*qui non risere parentes  
nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est,*<sup>1</sup>

where "he whom no goddess deems," etc., is included among "those who have never smiled," etc. In a satire again we read, 9

*nostrum istud vivere triste*<sup>2</sup> *asperi,*

where the infinitive is used as a noun: for the poet by *nostrum vivere* means *nostram vitam*. We also at times use the verb for the participle, as in the phrase,

*magnum dat ferre talentum,*<sup>3</sup>

where *ferre* is used for *ferendum*, or the participle may be used for the verb, as in the phrase *volo datum* (I wish to give).

At times, again, there may be some doubt as to the precise error which a figure resembles. Take, for example, the phrase 10

*virtus est vitium fugere,*<sup>4</sup>

where the writer has either changed the parts of speech (making his phrase a variant for *virtus est*

<sup>2</sup> *Pers.* i. 9. "I look at our dreary way of living."

<sup>3</sup> *Aen.* v. 248. "He gives him a great talent-weight to carry."

<sup>4</sup> *Hor. Ep.* i. i. 41. "'Tis a virtue to shun vice."

## QUINTILIAN

*fuga vitiorum*, aut casus ex illo *Virtutis est vitium fugere*; multo tamen hoc utroque excitatius. Iunguntur interim schemata: *Sthenelus sciens pugnae*; 11 est enim *scitus Sthenelus*<sup>1</sup> *pugnandi*. Transferuntur et tempora: *Timarchides negat esse ei periculum a securi*, (praesens enim pro praeterito positum est) et status:

*Hoc Ithacus velit*;

et, ne morer, per omnia genera per quae fit solocismus.

12 Haec quoque est, quam *ἐτεροίωσιν* vocant, cui non dissimilis *ἐξαλλαγή* dicitur, ut apud Sallustium *Neque ea res falsum me habuit* et *Duci probare*. Ex quibus fere praeter novitatem brevitatis etiam peti solet. Unde eo usque processum est, ut *non paenitutum* pro non acturo paenitentiam et *visuros* ad videndum 13 missos idem auctor dixerit. Quae ille quidem fecerit schemata, an idem vocari possint, videndum, quia recepta sint. Nam receptis etiam vulgo auctore contenti sumus: ut nunc evaluit *rebus agentibus*, quod Pollio in Labieno damnat, et *contumeliam fecit*, quod

<sup>1</sup> scitus Sthenelus, vulgo: sciusticus, B: sciens . . . . cus, A: scieus scitus, cod. Monac.: suus scenalus, cod. Argentor.

<sup>1</sup> Hor. Od. I. xv. 24. "Sthenelus skilled in fight."

<sup>2</sup> Verr. v. xlv. 116. "Timarchides denies that he is in any danger from the axe of the executioner."

<sup>3</sup> Aen. ii. 104. "So wills the Ithacan." On Quintilian's view *velit* here = *vult*. But in point of fact this is untrue, since in the context it clearly means "would wish."

*fuga vitiorum*), or the cases (in which case it will be a variant for *virtutis est vitium fugere*); but whichever be the case, the *figure* is far more vigorous than either. At times *figures* are joined, as in *Sthenelus sciens pugnæ*,<sup>1</sup> which is substituted for *Sthenelus scitus pugnandi*. Tenses too are interchangeable. For 11 example, *Timarchides negat esse ei periculum a securi*<sup>2</sup> the present *negat* is substituted for the past. Or one mood may be used for another, as in the phrase, *hoc Ithacus velit*.<sup>3</sup> In fact, to cut a long matter short, there is a *figure* corresponding to every form of solecism.

There is also a *figure* styled *ἐτεροίωσις* (i.e. altera- 12 tion of the normal idiom), which bears a strong resemblance to *ἑξαλλαγή*. For example, we find in Sallust phrases such as *neque ea res falsum me habuit*<sup>4</sup> and *duci probare*.<sup>5</sup> Such *figures* as a rule aim not merely at novelty, but at conciseness as well. Hence we get further developments, such as *non paenitutum* for "not intending to repent," and *visuros* for "sent to see," both found in the same author. These may have been figures when Sallust made 13 them; but it is a question whether they can now be so considered, since they have met with such general acceptance. For we are in the habit of accepting common parlance as sufficient authority where current phrases are concerned: for example, *rebus agentibus* in the sense of *while this was going on*, which Pollio rebukes Labienus<sup>6</sup> for using, has become an accredited idiom, as has *contumeliam fecit*, which, as is

<sup>4</sup> *Jug. x. 1.* "Nor did this deceive me."

<sup>5</sup> From a lost work. Without the context the meaning is uncertain.

<sup>6</sup> See *IV. i. 11*; *I. v. 8.*

## QUINTILIAN

a Cicerone reprehendi notum est; *adfici* enim con-  
14 *tumelia* dicebant. Alia commendatio vetustatis,  
cuius amator unice Vergilius fuit :

*Vel cum se pavidum contra mea iurgia iactat.—<sup>1</sup>  
Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci  
Audierat.*

Quorum similia apud veteres tragicos comicosque sunt  
15 plurima. Illud et in consuetudine remansit *enimvero*.  
His amplius apud eundem :

*Nam quis te iuvenum confidentissime,*

quo sermonis initium fit. Et

*Tam magis illa tremens et tristibus effera flammis,  
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.*

Quod est versum ex illo : *Quam magis aerumna urget,*  
16 *tam magis ad malefaciendum viget.* Pleni talibus antiqui

<sup>1</sup> fingit, MSS. of Virgil.

<sup>1</sup> *Phil.* III. ix. 22. Quintilian appears *prima facie* to regard the phrase as meaning "to suffer insult." But in Plautus and Terence it means to "inflict an insult," and Quintilian probably quotes the phrase in this sense. He should, however, have said *adficere*, not *adfici*, to make his meaning clear.

<sup>2</sup> *Aen.* xi. 400. The figure consists in the use of *vel cum* to introduce an independent sentence. "Even when he claims to tremble at my taunts."

<sup>3</sup> *Aen.* i. 19.

"But she had heard that even now a race  
Was springing from the blood of fallen Troy."

Quintilian refers to the archaic *sed enim*.

<sup>4</sup> *Georg.* iv. 445. "For who bade thee, of youths most bold." The figure consists in the opening of a speech with *nam*, or perhaps rather in saying *nam quis* for *quisnam*.

BOOK IX. III. 13-16

well known, is stigmatised by Cicero<sup>1</sup>: for in his day they said *adfici contumelia*. Figures may also be 14 commended by their antiquity, for which Virgil had such a special passion. Compare his

*vel cum se pavidum contra mea iurgia iactat*<sup>2</sup>

or

*progeniem sed enim Troiano a sanguine duci  
audierat.*<sup>3</sup>

Numerous instances of the same kind might be cited from the old tragic and comic poets. One word of 15 this type has remained in common use, namely *enimvero*. I might further quote from the same author

*nam quis te iuvenum confidentissime,*<sup>4</sup>

words which form the beginning of a speech: or

*tam magis illa tremens et tristibus effera flammis,  
quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.*<sup>5</sup>

There the sentence inverts the natural order which may be illustrated by *quam magis aerumna urget, tam magis ad malefaciendum viget.*<sup>6</sup>

Old writers are full of such usages. At the 16

<sup>5</sup> *Aen.* vii. 787.

“The more the strife with bloodshed rages wild,  
The more it quivers and with baleful fire  
Glows fiercer.”

<sup>6</sup> The source of the quotation is unknown. “The more calamity oppresses him, the greater his vigour for evil doing.”

## QUINTILIAN

sunt ; initio Eunuchi Terentius *Quid igitur faciam ?* inquit. Alius : *ain*<sup>1</sup> *tandem leno ?* Catullus in Epithalamio,

*Dum innupta manet, dum cara suis est,*

- 17 cum prius *dum* significet *quoad*, sequens *usque eo*. Ex Graeco vero translata vel Sallustii plurima, quale est, *Vulgus amat fieri*, vel Horatii, nam id maxime probat,

*Nec ciceris, nec longae invidit avenae,*

vel Vergilii,

*Tyrrhenum navigat aequor.*

- 18 Et iam vulgatum actis quoque, *Saucius pectus*. Ex eadem parte figurarum priore dicto<sup>2</sup> et adiectio est, quae videri potest supervacua, sed non sine gratia est :

*Nam neque Parnasi vobis iuga, nam neque Pindi ;*

<sup>1</sup> alius : *ain*, *Hahn* : alius in, *AG* : allusit, *some late MSS.*

<sup>2</sup> priore dicto *is meaningless* and *the sense of ex eadem parte is obscure* (? = *Graecisms*).

<sup>1</sup> *Eun.* I. i. 1. "What shall I do then?"

<sup>2</sup> The poet is unknown. "Do you agree then, you pimp?" The figure in this and the preceding instance lies in the idiomatic use of *igitur* and *tandem*.

<sup>3</sup> *Cat.* lxii. 45. "While she remains unwed, so long is she dear to her own." Such is Quintilian's interpretation. The line, however, runs *sic virgo, dum intacta* (*MSS.* of Catullus), *etc.*, and is most naturally interpreted: "Even so (*i.e.* like to a perfect blossom) is the maiden, while she remains unblemished and dear to her own."



beginning of the *Eunuchus*<sup>1</sup> of Terence we have *quid igitur faciam*, while another comic poet says *ain tandem leno*?<sup>2</sup> Catullus in his *Epithalamium* writes:

*dum innupta manet, dum cara suis est,*<sup>3</sup>

where the first *dum* means *while*, and the second means *so long*. Sallust, on the other hand, borrows 17 a number of idioms from the Greek, such as *vulgus amat fieri*<sup>4</sup>: the same is true of Horace, who strongly approves of the practice. Compare his

*nec ciceris nec longae invidit avenae.*<sup>5</sup>

Virgil<sup>6</sup> does the same in phrases such as

*Tyrrhenum navigat aequor*

or *saucius pectus* ("wounded at heart"), an idiom which has now become familiar in the public gazette. Under the same class of figure falls that of 18 addition, which, although the words added may be strictly superfluous, may still be far from inelegant. Take, for example,

*nam neque Parnasi vobis iuga, nam neque Pindi,*<sup>7</sup>

<sup>1</sup> "Such things as the people love to see done." Not found in Sallust's extant works. But cp. *Jug.* 34: *ira amat fieri*.

<sup>2</sup> *Sat.* II. vi. 83. "Nor grudged him vetches nor the long-eared oat." The gen. of respect is regarded as a Graecism.

<sup>3</sup> *Aen.* i. 67. "He sails the Tyrrhene deep." The internal acc. after the intrans. *navigat* is treated as a Graecism, as is acc. of part concerned after *saucius*.

<sup>4</sup> *Ecl.* x. 11: "For neither did Parnassus slope, nor yet/ The slopes of Pindus make delay for you."

## QUINTILIAN

potest enim deesse alterum *nam*. Et apud Horatium illud,

*Fabriciumque,  
Hunc et intonsis<sup>1</sup> Curium capillis.*

Et detractiones, quae in complexu sermonis aut vitium habent aut figuram;

*Accede ad ignem, iam calesces plus satis.*

19 *Plus enim quam satis* est. Nam de altera [quae] detractio pluribus dicendum<sup>2</sup> est.

Utinur vulgo et comparativis pro absolutis, ut cum se quis *infirmiorem* esse dicet; duo inter se comparativa committimus: *Si te, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat.* Sunt et illa non similia  
20 soloecismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quae et tropis adsignari solent, ut de uno pluraliter dicamus:

*Sed nos immensum spatii confecinus aequor;*

<sup>1</sup> *incomptis, MSS. of Horace.*

<sup>2</sup> *quae bracketed by Halm: dicendum, Regius: adiciendum, MSS.*

---

<sup>1</sup> Hor. *Od.* I. xii. 40. "And Fabricius, him and Cato with locks unshorn."

<sup>2</sup> Ter. *Eun.* I. ii. 5. "Draw near the fire and you shall be more than warm enough."

<sup>3</sup> The sense is obscure. The words are either an interpolation or illustrative matter has been lost.

where the second *nam* might be omitted. And we find in Horace,<sup>1</sup>

*Fabriciumque,  
hunc et intonsis Curium capillis.*

Similarly, words are omitted, a device which may be either a blemish or a *figure*, according to the context. The following is an example :

*accede ad ignem, iam calesces plus satis*<sup>2</sup>;

for the full phrase would be *plus quam satis*. There is, however, another form of omission which requires treatment at greater length.<sup>3</sup>

We frequently use the comparative for the positive, as, for example, when a man speaks of himself as being *infirmior* (rather indisposed). Sometimes we join two comparatives, as in the following passage<sup>4</sup>: *si te, Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo erit verendum mihi, ne non potius hoc omnes boni serius a me quam quisquam crudelius factum esse dicat*. There are also *figures* like the 20 following, which, though far from being solecisms, alter the number and are also usually included among *tropes*. We may speak of a single thing in the plural, as in the following instance<sup>5</sup>:

“ But we have travelled o’er a boundless space ; ”

<sup>4</sup> *Cat.* i. ii. 5. “ If I were to give orders that you should be apprehended and put to death, I think I should have reason to fear that all good citizens would regard my action as too tardy rather than that anyone would assert that it was too cruel.”

<sup>5</sup> *Georg.* ii. 541.

## QUINTILIAN

et de pluribus singulariter,

*Haud secus ac patriis acer Romanus in armis.*

21 Specie diversa sed genere eadem et haec sunt,

*Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem.—*

*Ne mihi tum molles sub divo carpere somnos,*

*Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,*

non enim nescio cui alii prius nec postea sibi uni, sed omnibus praecipit. Et de nobis loquimur tanquam

22 de aliis: *Dicit Servius, negat Tullius.* Et nostra persona utimur pro aliena, et alios pro aliis fingimus.

Utriusque rei exemplum pro Caecina. Pisonem, adversae partis advocatum, adloquens Cicero dicit,

*Restituisse te dixi; nego me ex edicto praetoris restitutum esse; verum enim est illud; restituisse se*<sup>1</sup> Aebutius

dixit, *Caecina nego me ex edicto praetoris restitutum esse;*

23 et ipsum *dixi*, excussa syllaba, figura in verbo. Illa

<sup>1</sup> se added by Halm.

<sup>1</sup> *Georg.* iii. 346.

<sup>2</sup> *Georg.* ii. 298.

<sup>3</sup> *Georg.* iii. 435.

<sup>4</sup> i. e. I, *Cicero*, deny it. Halm suggests that the passage comes from an unpublished portion of his speech in defence of Murena. cp. *Pro Mur.* xxvii. 57.

<sup>5</sup> *pro Caec.* xxix. 82.

Or we may speak of the plural in the singular, as in the following case<sup>1</sup>:

“Like the fierce Roman in his country’s arms.”

There are others which belong to a different species, but the same genus, such as

“Nor let thy vineyards slope toward the west,”<sup>2</sup>

or

“In that hour  
Be it not mine beneath the open sky  
To court soft sleep nor on the forest ridge  
Amid the grass to lie.”<sup>3</sup>

For in the first of these passages he is not advising some other person, nor exhorting himself in the second, his advice in both passages being meant for all. Sometimes, again, we speak of ourselves as though we were referring to others, as in phrases like, “Servius asserts, Tullius denies it.”<sup>4</sup> At other times we speak in the first person instead of in another, or substitute one person for another. Both devices are employed together in the *pro Caecina*, where Cicero, addressing Piso, the counsel for the prosecution, says, “You asserted that you reinstated me: I deny that you did so in accordance with the praetor’s edict.”<sup>5</sup> The actual truth is that it was Aebutius who asserted that he had reinstated the defendant, and Caecina who denied that he had been restored in accordance with the praetor’s edict. We may note also a further *figure of speech* in the contracted *dixti*, which has dropped one of its syllables. The following also may be

## QUINTILIAN

quoque ex eodem genere possunt videri : unum quod interpositionem vel interclusionem dicimus, Graeci παρένθεσιν, παρέμπτωσιν vocant, dum continuationi sermonis medius aliqui sensus intervenit : *Ego cum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae reddidissem ;*  
 24 cui adiiciunt hyperbaton, quod inter tropos esse noluerunt ; alterum, quod est ei figurae sententiarum, quae ἀποστροφὴ dicitur, simile, sed non sensum mutat, verum formam eloquendi :

*Decios, Marios magnosque Camillos,  
 Scipiadas duros bello et te, maxime Caesar.*

25 Acutius adhuc in Polydoro,

*Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat et auro  
 Vi politur. Quid non mortalia pectora cogis  
 Auri sacra fames ?*

Hoc, qui tam parva momenta nominibus discreverunt, μετάβασις vocant, quam et aliter fieri putant :

*Quid loquor ? aut ubi sum ?*

26 Coniunxit autem παρένθεσιν et ἀποστροφὴν Vergilius illo loco,

<sup>1</sup> *pro Mil.* xxxiv. 94. "When I had restored you—for he often enters into conversation with me—to your country."

<sup>2</sup> See VIII. vi. 67.

<sup>3</sup> See IX. ii. 38.

<sup>4</sup> *Georg.* ii. 169. (Rhoades' translation).

<sup>5</sup> *Aen.* iii. 55.

<sup>6</sup> *Aen.* iv. 595.

<sup>7</sup> *Aen.* viii. 642.

regarded as belonging to the same *genus*. The first is called *interpositio* or *interclusio* by us, and *parenthesis* or *paremptosis* by the Greeks, and consists in the interruption of the continuous flow of our language by the insertion of some remark. The following is an example: *ego cum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae reddidissem.*<sup>1</sup> To this they add 24 *hyperbaton*,<sup>2</sup> which they refuse to include among *tropes*. A second *figure* of this kind is one closely resembling the *figure of thought* known as *apostrophe*,<sup>3</sup> but differing in this respect, that it changes the form of the language and not the sense. The following will illustrate my meaning :

“The Decii too,  
The Marii and Camilli, names of might,  
The Scipios, stubborn warriors, aye, and thee,  
Great Caesar.”<sup>4</sup>

There is a still more striking example in the passage 25 describing the death of Polydorus<sup>5</sup> :

“All faith he brake and Polydorus slew  
Seizing his gold by force. Curst greed of gold,  
To what wilt thou not drive the hearts of men ?”

Those terminologists who delight in subtle distinctions call the last figure *μετάβασις* (*transition*), and hold that it may be employed in yet another way, as in Dido's

“What do I say? Where am I ?”<sup>6</sup>

Virgil has combined *apostrophe* and *parenthesis* in 26 the well-known passage :<sup>7</sup>

## QUINTILIAN

*Haud procul inde citae Mettum in diversa quadrigae  
Distulerant, (at tu dictis Albane maneres !)  
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus.*

27 Haec schemata aut his similia, quae erunt per mutationem, adiectionem, detractioem, ordinem, et convertunt in se auditorem nec languere patiuntur subinde aliqua notabili figura excitatum, et habent quandam ex illa vitii similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse iucundus est. Quod continget, si neque supra modum multae fuerint nec eiusdem generis aut iunctae aut frequentes, quia satietatem ut varietas earum, ita raritas effugit.

28 Illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus cum gratiam tum etiam vires accommodat. E quibus primum sit, quod fit adiectione. Plura sunt genera; nam et verba geminantur, vel amplificandi gratia, ut *Occidi, occidi, non Sp. Maelium*; alterum est enim quod indicat, alterum quod adfirmat; vel miserandi, ut

*A Corydon, Corydon.*

29 Quae eadem figura nonnunquam per ironiam ad elevandum convertitur. Similis geminationis post aliquam interiectionem repetitio est, sed paulo etiam vehementior: *Bona, miserum me!* (*consumptis enim*

---

<sup>1</sup> Cic. *pro Mil.* xxvii. 72.

<sup>2</sup> *Ecl.* ii. 69.



“Next Mettus the swift cars asunder tore,  
 (Better, false Alban, hadst thou kept thy troth!)  
 And Tullus dragged the traitors' mangled limbs . . .”

These figures and the like, which consist in change, 27  
 addition, omission, and the order of words, serve to  
 attract the attention of the audience and do not  
 allow it to flag, rousing it from time to time by some  
 specially striking figure, while they derive something  
 of their charm from their very resemblance to  
 blemishes, just as a trace of bitterness in food will  
 sometimes tickle the palate. But this result will  
 only be obtained if figures are not excessive in  
 number nor all of the same type or combined or  
 closely packed, since economy in their use, no less  
 than variety, will prevent the hearer being surfeited.

There is a more striking class of figure, which does 28  
 not merely depend on the form of the language for  
 its effect, but lends both charm and force to the  
 thought as well. The first figure of this class which  
 calls for notice is that which is produced by *addition*.  
 Of this there are various kinds. Words, for instance,  
 may be doubled with a view to amplification, as in  
 “I have slain, I have slain, not Spurius Maelius”<sup>1</sup>  
 (where the first *I have slain* states what has been  
 done, while the second emphasises it), or to excite  
 pity, as in

“Ah! Corydon, Corydon.”<sup>2</sup>

The same figure may also sometimes be employed 29  
 ironically, with a view to disparagement. Similar to  
 such doubling of words is repetition following a  
*parenthesis*, but the effect is stronger. “I have seen  
 the property alas! (for though all my tears are shed,

## QUINTILIAN

- lacrimis tamen infixus haeret animo dolor) bona, inquam, Cn. Pompeii acerbissimae voci subiecta praeconis.—Vivis et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam*
- 30 *audaciam. Et ab iisdem verbis plura acriter et instanter incipiunt: Nihilne te nocturnum praesidium Palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? et in iisdem desinunt: Quis eos postulavit? Appius.*
- 31 *Quis produxit? Appius. Quanquam hoc exemplum ad aliud quoque schema pertinet, cuius et initia inter se et fines iidem sunt, quis et quis, Appius et Appius. Quale est: Qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui crudelissime bellum gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformarunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui sibi*
- 32 *ignosci postulant? Carthaginienses. Etiam in contrapositis vel comparativis solet respondere primorum verborum alterna repetitio, quod modo huius esse loci potius dixi: Vigilas tu de nocte, ut tuis consultatoribus respondeas; ille, ut eo quo intendit mature cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum buccinarum*

<sup>1</sup> *Phil.* II. xxvi. 64.

<sup>2</sup> *Cat.* I. ii. 4.

<sup>3</sup> *Cic. Cat.* I. i. 1.

<sup>4</sup> *pro. Mil.* xxii. 59.

<sup>5</sup> *Auct. ad Herenn.*, iv. 14.

<sup>6</sup> IX. ii. 100. The passage is from *pro Murena*, ix. 22.

my grief still clings to me deep-rooted in my heart), the property, I say, of Gnaeus Pompeius put up for sale by the cruel voice of the public crier." <sup>1</sup> "You still live, and live not to abate your audacity, but to increase it." <sup>2</sup> Again, a number of clauses may begin 30 with the same word for the sake of force and emphasis. "Were you unmoved by the guard set each night upon the Palatine, unmoved by the patrolling of the city, unmoved by the terror of the people, unmoved by the unanimity of all good citizens, unmoved by the choice of so strongly fortified a spot for the assembly of the senate, unmoved by the looks and faces of those here present to-day?" <sup>3</sup> Or they may end with the same words. "Who demanded them? Appius. Who produced them? Appius." <sup>4</sup> This last instance, however, comes under 31 the head of another figure as well, where both opening and concluding words are identical, since the sentences open with "who" and end with "Appius." Here is another example. "Who are they who have so often broken treaties? The Carthaginians. Who are they who have waged war with such atrocious cruelty? The Carthaginians. Who are they who have laid Italy waste? The Carthaginians. Who are they who pray for pardon? The Carthaginians." <sup>5</sup> Again, in antitheses and com- 32 parisons the first words of alternate phrases are frequently repeated to produce correspondence, which was my reason for saying a little while back <sup>6</sup> that this device came under the present topic rather than that which I was then discussing. "You pass wakeful nights that you may be able to reply to your clients; he that he and his army may arrive betimes at their destination. You are roused by

## QUINTILIAN

*cantus exsuscat. Tu actionem instituis; ille aciem instruit. Tu caves, ne consultores tui, ille, ne urbes aut*  
 33 *castra capiantur. Sed hac gratia non fuit contentus orator, vertit in contrarium eandem figuram: Ille tenet et scit, ut hostium copiae, tu, ut aquae pluviae arceantur. Ille exercitatus in propagandis finibus, tu in*  
 34 *regendis. Possunt media quoque respondere vel primis, ut*

*Te nemus Angitia, vitrea te Fucinus unda;*

vel ultimis ut *Haec navis onusta praeda Siciliensi, cum et ipsa esset ex praeda. Nec quisquam dubitabit. idem fieri posse iteratis utrinque mediis. Respondent primis et ultima: Multi et graves dolores inventi*  
 35 *parentibus et propinquis multi. Est et illud repetendi genus, quod simul<sup>1</sup> proposita iterat et dividit:*

*Iphitus et Pelias mecum, quorum Iphitus aevo  
 iam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulixi.*

<sup>1</sup>Ἐπάνοδος dicitur Graece, nostri regressionem vocant.  
 36 Nec solum in eodem sensu, sed etiam in diverso eadem verba contra sumuntur: *Principum dignitas*

<sup>1</sup> simul, *Spalding*: semel, *MSS.*

<sup>1</sup> *Aen.* vii. 759:

“Thee did Angitia’s grove bewail,  
 Thee too the glassy waves o’ the Fucine lake.”

The correspondence is to be found in *te* (coming first in one and second in the other clause).

<sup>2</sup> *Verr.* v. xvii. 44.

<sup>3</sup> *Verr.* v. xlv. 119.

<sup>4</sup> *Aen.* ii. 435.

cockcrow, he by the bugle's reveillé. You draw up your legal pleas, he sets the battle in array. You are on the watch that your clients be not taken at a disadvantage, he that cities or camps be not so taken." But the orator is not content with producing this effect, but proceeds to reverse the figure. "He knows and understands how to keep off the forces of the enemy, you how to keep off the rain-water; he is skilled to extend boundaries, you to delimit them." A similar correspondence may be produced between the middle and the opening of a sentence, as in the line :

*te nemus Angiliae, vitrea te Fucinus unda.*<sup>1</sup>

Or the middle may correspond to the end, as in the following sentence : "This ship, laden with the spoil of Sicily, while it was itself a portion of the spoil." <sup>2</sup> Nor will it be questioned that a like effect may be produced by the repetition of the middle of both clauses. Again, the end may correspond with the beginning. "Many grievous afflictions were devised for parents and for kinsfolk many." <sup>3</sup> There is also <sup>35</sup> another form of repetition which simultaneously reiterates things that have already been said, and draws distinctions between them.

"Iphitus too with me and Pelias came,  
Iphitus bowed with age and Pelias  
Slow-limping with the wound Ulysses gave."<sup>4</sup>

This is styled *επίανθοδος* by the Greeks and *regression* by Roman writers. Nor are words only repeated to <sup>36</sup> reaffirm the same meaning, but the repetition may serve to mark a contrast, as in the following sentence.

erat paene par, non par fortasse eorum qui sequebantur. Interim variatur casibus haec et generibus retractatio: *Magnus est dicendi labor, magna res et cetera;* et apud Rutilium longa περιόδω, sed haec initia sententiarum sunt: *Pater hic tuus? patrem nunc*  
 37 *appellas? patris tui filius es?* Fit casibus modo hoc schema, quod πολύπτωτον vocant. Constat aliis etiam modis, ut pro Cluentio: *Quod autem tempus veneni dandi? illo die? illa frequentia? Per quem porro datum? unde sumptum? quae porro interceptio*  
 38 *poculi? cur non de integro autem datum?* Hanc rerum, coniunctam diversitatem Caecilius μεταβολήν vocat, qualis est pro Cluentio locus in Oppianicum: *Illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse decuriones universi iudicaverunt, cum illo nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat, nemo illum ex tam multis cognatis et adfinibus tutorem unquam liberis suis scripsit,*  
 39 *et deinceps adhuc multa. Ut haec in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quae a Ciccone dissipata dici puto:*

*Hic segetes, illic veniunt felicius uvae,  
 Arborei fetus alibi,*

40 et deinceps. Illa vero apud Ciceronem mira figura-

<sup>1</sup> pro Lig. vi. 19.

<sup>2</sup> pro Muren. xiii. 29.

<sup>3</sup> Rutil. i. x. "Is this your father? Do you still call him father? Are you your father's son?"

<sup>4</sup> lx. 167. "But what was the time chosen for giving the poison? Was it on that day? Amid such a crowd? And who was selected to administer it? Where was it got? How was the cup intercepted? Why was it not given a second time?"

“The reputation of the leaders was approximately equal, but that of their followers perhaps not so equal.”<sup>1</sup> At times the cases and genders of the words repeated may be varied, as in “Great is the toil of speaking, and great the task, etc.”;<sup>2</sup> a similar instance is found in Rutilius, but in a long period. I therefore merely cite the beginnings of the clauses. *Pater hic tuus? patrem nunc appellas? patris tui filius es?*<sup>3</sup> This figure may also be effected solely by 37 change of cases, a proceeding which the Greeks call *πολύπτωτον*. It may also be produced in other ways, as in the *pro Cluentio*:<sup>4</sup> *Quod autem tempus veneni dandi? illo die? illa frequentia? per quem porro datum? unde sumptum? quae porro interceptio poculi? cur non de integro autem datum?* The combination of different 38 details is called *μεταβολή* by Caecilius, and may be exemplified by the following passage directed against Oppianicus in the *pro Cluentio*:<sup>5</sup> “The local senate were unanimously of opinion that he had falsified the public registers at Larinum; no one would have any business dealings or make any contract with him, no one out of all his numerous relations and kinsfolk ever appointed him as guardian to his children,” 39 with much more to the same effect. In this case the details are massed together, but they may equally be distributed or *dissipated*, as I think Cicero says. For example:

“Here corn, there grapes, elsewhere the growth  
of trees  
More freely rises,”<sup>6</sup>

with the remainder of the passage. A wonderful 40

<sup>1</sup> xiv. 41.

<sup>6</sup> *Georg.* i. 54.

rum mixtura deprehenditur, in qua et primum verbum <sup>1</sup> longo post intervallo redditum est ultimum et media primis et mediis ultima congruunt: *Vestrum iam hic factum reprehenditur, patres conscripti, non meum; ac pulcherrimum quidem factum, verum, ut dixi,*  
 41 *non meum, sed vestrum.* Hanc frequentiore repetitionem *πλοκὴν* vocant, quae fit ex permixtis figuris, ut supra dixi, utque se habet epistola ad Brutum, *Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, et*  
 42 *redierim per Cn. Pompeium, ego ergo cum redierim.* Et in iisdem sententiis crebrioribus mutata declinationibus iteratione verborum: ut apud Persium,

*Usque ad cone*

*Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?*

Et apud Ciceronem, *Neque enim poterant iudicio et*  
 43 *hi damnari, qui iudicabant.* Sed sensus quoque toti, quemadmodum coeperunt, desinunt: *Venit ex Asia. Hoc ipsum quam novum! Tribunus plebis venit ex Asia.* In eadem tamen periodo et verbum primum ultimum <sup>2</sup> refertur, tertium iam sermone, adiectum est enim *Verumtamen venit.* Interim sententia quidem repetitur, sed non eodem <sup>3</sup> verborum ordine: *Quid Cleomenes facere potuit? Non enim possum quemquam insimulare falso. Quid, inquam, magno opere potuit*

<sup>1</sup> primum verbum, *Halm*: primo verbo, *MSS.*

<sup>2</sup> primum ultimum, *suggested by Halm*: ultimum primum, *MSS.*

<sup>3</sup> sed non eodem, *added by Meister.*

<sup>1</sup> From the lost speech against Q. Metellus.

<sup>2</sup> Now lost. <sup>3</sup> i. 26. The translation is Watson's.

<sup>4</sup> Origin unknown. <sup>5</sup> From the lost in Q. Metellum.



mixture of figures may be found in Cicero<sup>1</sup> in the following passage, where the first word is repeated last after a long interval, while the middle corresponds with the beginning, and the concluding words with the middle. "Yours is the work which we find here, conscript fathers, not mine, a fine piece of work too, but, as I have said, not mine, but yours." This frequent repetition, which, as I have said, is 41 produced by a mixture of figures, is called *πλοκή* by the Greeks: a letter of Cicero<sup>2</sup> to Brutus will provide a further example. "When I had made my peace with Appius Claudius and made it through the agency of Gnaeus Pompeius, when then I had made my peace," etc. The like effect may be produced 42 in the same sentence by repeating the same words in different forms, as in Persius:

"Is then to know in thee  
Nothing unless another know thou knowest?"<sup>3</sup>

and in Cicero,<sup>4</sup> where he says, "For it was impossible for the judges as well to be condemned by their own judgement." Whole sentences again end 43 with the phrase with which they began. Take an example. "He came from Asia. What a strange thing! A tribune of the people came from Asia."<sup>5</sup> Nay, the first word of this same period is actually repeated at its close, thus making its third appearance: for to the words just quoted the orator adds, "Still for all that he came." Sometimes a whole clause is repeated, although the order of the words is altered, as, for example, *Quid Cleomenes facere potuit? non enim possum quemquam insimulare falso, quid, inquam,*

## QUINTILIAN

44 *Cleomenes facere?*<sup>1</sup> Prioris etiam sententiae verbum ultimum ac sequentis primum<sup>2</sup> frequenter est idem, quo quidem schemate utuntur poetae saepius:

*Pierides, vos haec facietis maxima Gallo,  
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.*

Sed ne oratores quidem raro: *Hic tamen vivit; vivit?*  
45 *immo vero etiam in senatum venit.* Aliquando, sicut in geminatione verborum diximus, initia quoque et clausulae sententiarum aliis, sed non alio tendentibus verbis inter se consonant. Initia hoc modo: *Dediderim periculis omnibus, obtulerim insidiis, obiecerim invidiae.* Rursus clausulae ibidem statim, *Vos enim statuistis, vos sententiam dixistis, vos iudicavistis.* Hoc alii *συνωνυμίαν*, alii disiunctionem vocant, utrumque, etiamsi est diversum, recte; nam est nominum idem significantium separatio. Congregantur quoque verba idem significantia. *Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti; egredere aliquando ex urbe, patent*  
46 *portae, proficiscere.* Et in eundem alio libro: *Abit, excessit, erupit, evasit.* Hoc Caecilio *πλεονασμὸς*

<sup>1</sup> *The text is as given by the best MSS. of Cicero. The best MSS. of Quintilian, however, read facere Cleomenes potuit.*

<sup>2</sup> *primum added by Badius.*

<sup>1</sup> *Verr. v. xli. 107.* "What could Cleomenes have done? For I cannot accuse any one falsely. What, I say, could Cleomenes have done to any good effect?"

<sup>2</sup> *Ecl. x. 72.*

<sup>3</sup> *Cat. I. i. 2.*

<sup>4</sup> § 30.

<sup>5</sup> *From the lost in Q. Metellum.*

<sup>6</sup> *I. v. 10.*

*magno opere potuit Cleomenes facere?*<sup>1</sup> The first word 44  
of one clause is also frequently the same as the last  
of the preceding, a figure common in poetry.

“ And ye,  
Pierian Muses, shall enhance their worth  
For Gallus; Gallus, he for whom each hour  
My love burns stronger.”<sup>2</sup>

But it is not uncommon even in the orators. For  
example: “ Yet this man lives. Lives? Why he  
even came into the senate house.”<sup>3</sup> Sometimes, as I 45  
remarked in connexion with the doubling of words,<sup>4</sup>  
the beginnings and the conclusions of sentences are  
made to correspond by the use of other words with  
the same meaning. Here is an example of corre-  
spondence between the beginnings: “ I would have  
faced every kind of danger; I would have exposed  
myself to treacherous attacks; I would have delivered  
myself over to public hatred.”<sup>5</sup> An example of the  
correspondence of conclusions is provided by another  
passage in the same speech which follows close on  
that just cited: “ For you have decided; you have  
passed sentence; you have given judgment.” Some  
call this *synonymy*, others *disjunction*: both terms,  
despite their difference, are correct. For the words  
are differentiated, but their meaning is identical.  
Sometimes, again, words of the same meaning are  
grouped together. For instance, “ Since this is so,  
Catiline, proceed on the path which you have entered;  
depart from the city, it is high time. The gates are  
open, get you forth.”<sup>6</sup>

Or take this example from another book of the 46  
orations against Catiline, “ He departed, he went

videtur, id est, abundans super necessitatem oratio, sicut illa *Vidi oculos ante ipse meos*. In illo enim *vidi* inest *ipse*. Verum id, ut alio quoque loco dixi, cum supervacua oneratur adiectione, vitium est, cum auget aut manifestat sententiam sicut hic, virtus. *Vidi, ipse, ante oculos*, totidem sunt adfectus.

47 Cur tamen haec proprie nomine tali notarit, non video. Nam et geminatio et repetitio et qualiscunque adiectio *πλεονασμὸς* videri potest. Nec verba modo, sed sensus quoque idem facientes acervantur: *Perturbatio istum mentis et quaedam scelerum offusa caligo et ardentes furiarum faces excitarunt*.

48 Congeruntur et diversa: *Mulier, tyranni saeva crudelitas, patris amor, ira praeceps, temeritatis dementia*. Et apud Ovidium:

*Sed grave Nereidum numen, sed corniger Ammon,  
Sed quae visceribus veniebat belua ponti  
Exsaturanda meis.*

49 Inveni, qui et hoc *πλοκὴν*<sup>1</sup> vocaret: cui non adsen-

<sup>1</sup> After *πλοκὴν* G followed by late MSS. continues: usque deducit et apud nostrum etiam tragicum. Iove propagatus est ut perhibent Tantalus (see sect. 57) per me et investigata, etc.

<sup>1</sup> II. i. 1.

<sup>2</sup> *Aen.* xii. 638.

<sup>3</sup> VIII. iii. 53.

<sup>4</sup> From the lost *in Pisonem*.

<sup>5</sup> Probably from a declamation.

<sup>6</sup> *Met.* v. 17.

hence; he burst forth, he was gone." <sup>1</sup> This is regarded as a case of *pleonasm* by Caecilius, that is to say, as language fuller than is absolutely required, like the phrase:

"Myself before my very eyes I saw": <sup>2</sup>

for "myself" is already implied by "I saw." But when such language is overweighted by some purely superfluous addition, it is, as I have also pointed out elsewhere, <sup>3</sup> a fault; whereas when, as in this case, it serves to make the sense stronger and more obvious, it is a merit. "I saw," "myself," "before my very eyes," are so many appeals to the emotion. I cannot <sup>47</sup> therefore see why Caecilius should have stigmatised these words by such a name, since the doubling and repetition of words and all forms of addition may likewise be regarded as *pleonasm*s. And it is not merely words that are thus grouped together. The same device may be applied to thoughts of similar content. "The wild confusion of his thoughts, the thick darkness shed upon his soul by his crimes and the burning torches of the furies all drove him on." <sup>4</sup>

Words of different meaning may likewise be <sup>48</sup> grouped together, as for instance, "The woman, the savage cruelty of the tyrant, love for his father, anger beyond control, the madness of blind daring"; <sup>5</sup> or again, as in the following passage from Ovid, <sup>6</sup>

"But the dread Nereids' power,  
But hornèd Ammon, but that wild sea-beast  
To feed upon my vitals that must come."

I have found some who call this also by the name <sup>49</sup> of *πλοκή*: but I do not agree, as only one figure is

## QUINTILIAN

tior, cum sit unius figurae, mixta quoque et idem et diversum significantia, quod et ipsum *διαλλαγὴν* vocant. *Quaero ab inimicis, sintne haec investigata, comperta,<sup>1</sup> patefacta, sublata, deleta, extincta per me. Investigata, comperta, patefacta aliud ostendunt; sublata, deleta, extincta sunt inter se similia, sed*  
 50 *non etiam prioribus. Et hoc autem exemplum et superius aliam quoque efficiunt figuram, quae, quia coniunctionibus caret, dissolutio vocatur, apta, cum quid instantius dicimus; nam et singula inculcantur et quasi plura fiunt. Ideoque utimur hac figura non in singulis modo verbis, sed sententiis etiam, ut Cicero dicit contra contionem Metelli: Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad senatum adduci iussi; in senatum sunt introducti, et totus hic locus talis est. Hoc genus et βραχυλογία vocant, quae potest esse copulata dissolutio. Contrarium illud<sup>2</sup> est schema, quod coniunctionibus abundat. Illud ἀσύνδετον, hoc*  
 51 *πολυσύνδετον dicitur. Sed hoc est vel iisdem saepius repetitis, ut*

<sup>1</sup> *Before patefacta MSS. give idē or id est, which, if patefacta be correct, must be deleted. Alternatively Halm deletes id est patefacta as a gloss, also expunging deleta.*

<sup>2</sup> *illud, Halm: ut, AG.*

involved. We may also find a mixture of words, some identical and others different in meaning; of this figure, which the Greeks style *διαλλαγή*, the following will provide an example: "I ask my enemies whether these plots were investigated, discovered and laid bare, overthrown, crushed and destroyed by me."<sup>1</sup> In this sentence "investigated," "discovered" and "laid bare" are different in meaning, while "overthrown," "crushed" and "destroyed" are similar in meaning to each other, but different from the three previous. But both the 50 last example and the last but one involve a different *figure* as well, which, owing to the absence of connecting particles, is called *dissolution* (*asyndeton*), and is useful when we are speaking with special vigour: for it at once impresses the details on the mind and makes them seem more numerous than they really are. Consequently, we apply this *figure* not merely to single words, but to whole sentences, as, for instance, is done by Cicero in his reply<sup>2</sup> to the speech which Metellus made to the public assembly: "I ordered those against whom information was laid, to be summoned, guarded, brought before the senate: they were led into the senate," while the rest of the passage is constructed on similar lines. This kind of *figure* is also called *brachylogy*, which may be regarded as detachment without loss of connexion. The opposite of this figure of *asyndeton* is *polysyndeton*, which is characterised by the number of connecting particles employed. In this figure we may repeat the same connecting 51 particle a number of times, as in the following instance:

<sup>1</sup> From the lost speech in *Q. Metellum*.

<sup>2</sup> Only a few fragments remain.

## QUINTILIAN

*Tectumque laremque*

*Armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram ;*

52 vel diversis: *Arma virumque—Multum ille et terris—*  
 53 *Multa quoque.* Adverbia quoque et pronomina  
 variantur, *Hic illum vidi iuvenem,—Bis senos cui*  
*nostra dies,—Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.*  
 Sed utrumque horum acervatio est,<sup>1</sup> tantum iuncta  
 54 aut dissoluta. Omnibus scriptores sua nomina dede-  
 runt, sed varia et ut cuique fingenti placuit. Fons  
 quidem unus, quia acriora facit et instantiora quae  
 dicimus et vim quandam prae se ferentia velut  
 saepius erumpentis adfectus.

Gradatio, quae dicitur κλίμαξ, apertio-  
 rem habet artem et magis adfectatam ideoque esse rarior  
 55 debet. Est autem ipsa quoque adiectionis; repetit  
 enim quae dicta sunt et, priusquam ad aliud descen-  
 dat, in prioribus resistit. Eius exemplum ex  
 Graeco notissimo transferatur: *Non enim dixi quidem*  
*sed non<sup>2</sup> scripsi, nec scripsi quidem<sup>2</sup> sed non obii lega-*  
*tionem, nec<sup>2</sup> obii quidem legationem<sup>2</sup> sed non persuasi*  
 56 *Thebanis.* Sint tamen tradita et Latina: *Africano*  
*virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos compa-*  
*ravit.* Et Calvi: *Non ergo magis pecuniarum repe-*

<sup>1</sup> est, *Spalding*: et, *MSS.*

<sup>2</sup> *Omitted by MSS.*

<sup>1</sup> *Georg.* iii. 344.

<sup>2</sup> *Aen.* i. l. *sqq.*

<sup>3</sup> *Ecl.* i. 43.

“Here I beheld that youth  
 For whom each year twelve days my altars smoke,  
 He first gave answer to my supplication.”

<sup>4</sup> *Demosth. de Cor.* 179.

<sup>5</sup> *Auct. ad Herenn.* iv. 25.



“ His house and home and arms  
And Amyclean hound and Cretan quiver ” ;<sup>1</sup>

or they may be different, as in the case of *arma* 52  
*virumque* followed by *multum ille et terris* and *multa*  
*quoque*.<sup>2</sup> Adverbs and pronouns also may be varied, 53  
as in the following instance :<sup>3</sup> *Hic illum vidi iuvenem*  
followed by *bis senos cui nostra dies* and *hic mihi*  
*responsum primus dedit ille petenti*. But both these  
cases involve the massing together of words and  
phrases either in *asyndeton* or *polysyndeton*. Writers 54  
have given special names to all the different forms,  
but the names vary with the caprice of the inventor.  
The origin of these *figures* is one and the same,  
namely that they make our utterances more vigorous  
and emphatic and produce an impression of vehemence  
such as might spring from repeated outbursts of  
emotion.

*Gradation*, which the Greeks call *climax*, necessi-  
tates a more obvious and less natural application of  
art and should therefore be more sparingly employed.  
Moreover, it involves *addition*, since it repeats what 55  
has already been said and, before passing to a new  
point, dwells on those which precede. I will trans-  
late a very famous instance from the Greek.<sup>4</sup> “ I  
did not say this, without making a formal proposal  
to that effect, I did not make that proposal without  
undertaking the embassy, nor undertake the embassy  
without persuading the Thebans.” There are, how- 56  
ever, examples of the same thing in Latin authors.  
“ It was the energy of Africanus that gave him his  
peculiar excellence, his excellence that gave him  
glory, his glory that gave him rivals.”<sup>5</sup> Calvus  
again writes, “ Consequently this means the abolition

## QUINTILIAN

*tundarum quam maiestatis, neque maiestatis magis quam Plautiae legis, neque Plautiae legis magis quam ambitus, neque ambitus magis quam omnium legum iudicia perierunt.*<sup>1</sup> Invenitur apud poetas quoque, ut apud Homerum de sceptro, quod a Iove ad Agamemnonem usque deducit, et apud nostrum etiam tragicum:

*Iove propagatus est, ut perhibent, Tantalus,  
Ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope autem satus  
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.*

58 At quae per detractionem fiunt figurae, brevitatis novitatisque maxime gratiam petunt; quarum una est ea, quam libro proximo in figuras ex συνεκδοχή distuli, cum subtractum verbum aliquod satis ex ceteris intelligitur: ut Caelius in Antonium, *Stupere gaudio Graecus*: simul enim auditur *coepit*. Cicero ad Brutum: *Sermo nullus scilicet nisi de te; quid enim potius? Tum Flavius, Cras, inquit, tabellarii, et ego* 59 *ibidem has inter cenam exaravi*. Cui similia sunt illa meo quidem iudicio, in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahuntur:

*Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis,  
Et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello.*

<sup>1</sup> iudicia perierunt, *Aquila Romanus*: est, MSS.

<sup>1</sup> *Il.* ii. 101.

<sup>2</sup> Unknown.

<sup>3</sup> *VIII.* vi. 21.

<sup>4</sup> "The Greek was struck dumb with joy."

<sup>5</sup> Lost. "No talk except of you. What better? Then Flavius says, 'Couriers to-morrow,' and I scribbled these lines at his house during dinner."

<sup>6</sup> *Ecl.* iii. 8.

of trials for treason no less than for extortion, for offences covered by the Plautian law no less than for treason, for bribery no less than for those offences, and for all breaches of every law no less than for bribery," etc. It is also to be found in poets, 57 as in the passage in Homer<sup>1</sup> describing the sceptre which he traces from the hands of Jupiter down to those of Agamemnon, and in the following from one of our own tragedians:<sup>2</sup>

"From Jove, so runs the tale, was Tantalus sprung,  
From Tantalus Pelops, and of Pelops' seed  
Sprang Atreus, who is sire of all our line."

As regards the figures produced by omission, they 58 rely for their charm in the main on conciseness and novelty. There is one of these which I mentioned in the last book<sup>3</sup> with reference to *synecdoche*, and postponed discussing until such time as I came to deal with *figures*: it occurs when the word omitted may be clearly gathered from the context: an example may be found in Caelius' denunciation of Antony: *stupere gaudio Graecus*:<sup>4</sup> for we must clearly supply *coepit*. Or take the following passage from a letter of Cicero<sup>5</sup> to Brutus: *Sermo nullus scilicet nisi de te: quid enim potius? tum Flavius, cras, inquit, tabellarii, et ego ibidem has inter cenam exaravi*. Of a 59 similar kind, at any rate in my opinion, are those passages in which words are decently omitted to spare our modesty.

"You—while the goats looked goatish—we know  
who,  
And in what chapel—(but the kind Nymphs  
laughed)."<sup>6</sup>

- 60 Hanc quidam aposiopesin putant, frustra. Nam illa quid taceat incertum est aut certe longiore sermone explicandum, hic unum verbum et manifestum quidem desideratur; quod si aposiopesis est, nihil non, in quo deest aliquid, idem appellabitur.
- 61 Ego ne<sup>1</sup> illud quidem aposiopesin semper voco, in quo res quaecunque relinquitur intelligenda, ut ea quae in epistolis Cicero: *Data Lupercalibus, quo die Antonius Caesari*; non enim obtulit sed<sup>2</sup> lusit, quia nihil aliud intelligi poterat quam hoc, *diadema*
- 62 *imposuit*. Altera est per detractionem figura, de qua modo dictum, cui coniunctiones eximuntur. Tertia, quae dicitur ἐπεξεργασμένον, in qua unum ad verbum plures sententiae referuntur, quarum unaquaeque desideraret illud, si sola poneretur. Id accidit aut praeposito verbo, ad quod reliqua respiciant: *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia*; aut illato, quo plura cluduntur: *Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore*
- 63 *revocaverit*. Medium quoque potest esse, quod et prioribus et sequentibus sufficiat. Iungit autem et diversos sexus, ut cum marem feminamque *filios*

<sup>1</sup> ego ne, *Spalding*: nego, *AG*.

<sup>2</sup> sed added by *Halm*.

---

<sup>1</sup> Lost. The sense is, "Despatched on the day on which Antony offered Caesar the crown."

<sup>2</sup> § 50.

<sup>3</sup> *Pro Cluent.* vi. 15. "Lust conquered shame, boldness fear, madness reason."

Some regard this as an *aposiopesis*, but wrongly. 60  
 For in *aposiopesis* it is either uncertain or at least  
 requires an explanation of some length to show what  
 is suppressed, whereas in the present case only one  
 word, and that of an obvious character, is missing.  
 If this, then, is an *aposiopesis*, all omissions will have  
 a claim to the title. I would not even allow the 61  
 name of *aposiopesis* to all cases where what is omitted  
 is left to be understood, as for example the follow-  
 ing phrase from Cicero's letters,<sup>1</sup> *Data Luperkalibus*  
*quo die Antonius Caesari*: for there, there is no real  
 suppression: the omission is merely playful, for there  
 is but one way of completing the sentence, namely 62  
 with the words *diadema imposuit*. Another figure  
 produced by omission is that of which I have just  
 spoken,<sup>2</sup> when the connecting particles are omitted.  
 A third is the figure known as *ἑπεξευγγμένον*, in which  
 a number of clauses are all completed by the same  
 verb, which would be required by each singly if they  
 stood alone. In such cases the verb to which the  
 rest of the sentence refers may come first, as in the  
 following instance: *Vicit pudorem libido, timorem*  
*audacia, rationem amentia*.<sup>3</sup> Or it may come last,  
 closing a number of clauses, as in the following:<sup>4</sup>  
*Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor unquam a*  
*turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revo-*  
*caverit*. The verb may even be placed in the middle 63  
 so as to serve both what precedes and what follows.  
 The same figure may join different sexes, as for  
 example when we speak of a male and female child  
 under the comprehensive term of "sons"; or it may

<sup>1</sup> *Cat. i. ix. 22*. "For you are not the man, Catiline, to be deterred from vile acts by shame, from peril by fear, or from madness by reason."

## QUINTILIAN

64 dicimus, et singularia pluralibus miscet. Sed haec adeo sunt vulgaria, ut sibi artem figurarum adserere non possint. Illud plane figura est, qua diversa sermonis forma coniungitur :

*Sociis tunc, arma capessant,  
Edico, et dira bellum cum gente gerendum.*

Quamvis enim pars *bello* posterior participio insistat, utrique convenit illud *edico*. Non utique detractionis gratia factam coniunctionem *συννοικείωσιν* vocant, quae duas res diversas colligat :

*Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet.*

65 Huic diversam volunt esse distinctionem, cui dant nomen *παραδιστολήν*, qua similia discernuntur<sup>1</sup>: *Cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem.* Quod totum pendet ex finitione, ideoque an figura sit dubito. Cui contraria est ea, qua fit ex vicino transitus ad diversa ut similia: *Brevis esse laboro, Obscurus fio*, et quae sequuntur.

<sup>1</sup> qua similia discernuntur, *Regius*: quia simili discernunt, *AG*.

---

<sup>1</sup> *Aen.* iii. 234; *participio* = gerundive (*gerendum*).

<sup>2</sup> *Syrus* 486 (Ribbeck).

<sup>3</sup> *Rutil.* i. 4.

<sup>4</sup> *Hor. A.P.* 25.

interchange singular and plural. But these devices 64 are so common that they can scarcely lay claim to involve the art essential to *figures*. On the other hand it is quite obviously a *figure*, when two different constructions are combined as in the following case :

*Sociis tunc arma capessant  
Edico et dira bellum cum gente gerendum.*<sup>1</sup>

(I bid my comrades straight to seize their arms  
And war be waged against a savage race.)

For although the portion of the sentence following *bellum* ends with a participle, both clauses of the sentence are correctly governed by *edico*. Another form of connexion, which does not necessarily involve omission, is called *συνοικείωσις*, because it connects two different things, for example :

“The miser lacks  
That which he has no less than what he has not.”<sup>2</sup>

To this figure is opposed *distinction*, which they call 65 *παραδιαστολή*, by which we distinguish between similar things, as in this sentence :<sup>3</sup> “When you call yourself wise instead of astute, brave instead of rash, economical instead of mean.” But this is entirely dependent on definition, and therefore I have my doubts whether it can be called a figure. Its opposite occurs when we pass at a bound from one thing to something different, as though from like to like ; for example :

“I labour to be brief, I turn obscure,”<sup>4</sup>

with what follows.

- 66 Tertium est genus figurarum, quod aut similitudine aliqua vocum aut paribus aut contrariis convertit in se aures et animos excitat. Hinc est *παρονομασία*, quae dicitur adnominatio. Ea non uno modo fieri solet: ex vicinia quadam praedicti nominis ducta casibus declinat, ut Domitius Afer pro Cloatilla, *Mulier omnium rerum imperita, in omnibus rebus infelix*;
- 67 et cum verbo idem verbum plus significans subiungitur: *Quando homo hostis, homo*. Quibus exemplis sum in aliud usus, sed in uno *ἔμφασις* est et <sup>1</sup> geminatio. *Παρονομασία* contrarium est, quod eodem verbo quasi falsum arguitur: *Quae lex privatis hominibus esse lex non videbatur*. Cui confinis est *ἀνανάκλασις*, eiusdem verbi contraria significatio. Cum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem suam *expectaret*, et ille dixisset, *se vero non expectare*: *Immo, inquit, rogo expectes*. Non ex eodem sed ex vicino diversum <sup>2</sup> accipitur, cum *supplicio* adficiendum dicas,
- 69 quem *supplicatione* dignum iudicaris. Aliter quoque voces aut eadem diversa in significatione ponuntur aut productione tantum vel correptione mutatae;

<sup>1</sup> *ἔμφασις* est et, *E. Wölflin*: CPACIC est, *A*: fassis, falsis, fallis, other *MSS*.

<sup>2</sup> vicino diversum, *Schütz*: diverso vicinum, *MSS*.

<sup>1</sup> "A woman unskilled in everything and in everything unhappy."

<sup>2</sup> The meaning is obscure. As punctuated, the sense is "since he is a man, the man is an enemy," *i. e.* the utterance of some misanthrope. Or a question-mark may be placed after *homo* and the meaning will be "since he is a man, can he be an enemy?"

<sup>3</sup> *In Pis. xiii. 20.*



There is a third class of *figures* which attracts the 66  
 ear of the audience and excites their attention by  
 some resemblance, equality or contrast of words.  
 To this class belongs *paronomasia*, which we call  
*adnominatio*. This may be effected in different ways.  
 It may depend on the resemblance of one word to  
 another which has preceded, although the words are  
 in different cases. Take the following passage from  
 Domitius Afer's defence of Cloatilla: *Mulier omnium*  
*rerum imperita, in omnibus rebus infelix.*<sup>1</sup> Or the same 67  
 word may be repeated with greater meaning, as  
*quando homo, hostis homo.*<sup>2</sup> But although I have used  
 these examples to illustrate something quite different,  
 one of them involves both *emphasis* and *reiteration*.  
 The opposite of *paronomasia* occurs when one word is  
 proved to be false by repetition; for instance, "This  
 law did not seem to be a law to private individuals."<sup>3</sup>  
 Akin to this is that styled *ἀντανάκλασις*, where the 68  
 same word is used in two different meanings. When  
 Proculeius reproached his son with waiting for his  
 death, and the son replied that he was not waiting  
 for it, the former retorted, *Well then, I ask you to*  
*wait for it.* Sometimes such difference in meaning  
 is obtained not by using the same word, but one like  
 it, as for example by saying that a man whom you  
 think *dignus supplicatione* (worthy of supplication) is  
*supplicio adficiendus.*<sup>4</sup> There are also other ways in 69  
 which the same words may be used in different  
 senses or altered by the lengthening or shortening of

<sup>4</sup> In old Latin *supplicium* was used as equivalent to *supplicatio*, and this use survives in Livy and Sallust. But in Augustan and post-Augustan language the normal meaning of *supplicium* was "punishment," and the natural translation would be "worthy of punishment."

## QUINTILIAN

quod etiam in iocis frigidum equidem tradi inter praecepta miror, eorumque exempla vitandi potius quam imitandi gratia pono: *Amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari. Avium dulcedo ad avium ducit; et apud Ovidium ludentem:*

*Cur ego non dicam, Furia, te furiam?*

- 71 Cornificius hanc traductionem vocat, videlicet alterius intellectus ad alterum. Sed elegantius, quod est positum in distinguenda rei proprietate: *Hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Et quae praepositionibus in contrarium mutantur: Non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur. Melius atque acrius, quod cum figura iucundum est tum etiam sensu valet:*
- 72 *Emit morte immortalitatem. Illa leviora: Non Pisonum sed pistorum et Ex oratore arator. Pessimum vero: Ne patres conscripti videantur circumscripti;—Raro evenit sed vehementer venit. Sed<sup>1</sup> contingit, ut aliqui sensus vehemens et acer venustatem aliquam non*
- 73 *eadem ex voce<sup>2</sup> non dissona accipiat. Et cur me*

<sup>1</sup> sed, *Halm*: sic, *MSS.*

<sup>2</sup> voce, *added by Christ.*

<sup>1</sup> *Auct. ad Herenn.* iv. 14: "It is pleasant to be loved, but we must take care that there is no bitterness in that love."

<sup>2</sup> "Birds' sweet song leads us into pathless places."

<sup>3</sup> Probably from a collection of epigrams: "Furia, why should I not call you a fury?"

<sup>4</sup> *Cat.* I. xii. 30.

<sup>5</sup> *Cat.* I. 11. 27: "He would seem not so much to have been sent out from, but to have been launched against the city."

<sup>6</sup> "By his death he purchased undying fame."

<sup>7</sup> "Not of the Pisos, but of the bakers."

a syllable: this is a poor trick even when employed in jest, and I am surprised that it should be included in the text-books: the instances which I quote are therefore given as examples for avoidance, not for imitation. Here they are: *Amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari*,<sup>1</sup> and *Avium dulcedo ad avium ducit*; <sup>2</sup> and again this jest from Ovid,<sup>3</sup>

*Cur ego non dicam, Furia, te furiam?*

Cornificius calls this *traductio*, that is the transference of the meaning of one word to another. It has, however, greater elegance when it is employed to distinguish the exact meanings of things, as in the following example: "This curse to the state could be repressed for a time, but not suppressed for ever;"<sup>4</sup> the same is true when the meaning of verbs is reversed by a change in the preposition with which they are compounded: for example, *Non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur*.<sup>5</sup> The effect is better still and more emphatic when our pleasure is derived both from the figurative form and the excellence of the sense, as in the following instance: *emit morte immortalitatem*.<sup>6</sup> A more trivial effect is produced by the following: *Non Pisonum, sed pistorum*,<sup>7</sup> and *Ex oratore arator*,<sup>8</sup> while phrases such as *Ne patres conscripti videantur circumscripti*,<sup>9</sup> or *raro evenit, sed vehementer venit*,<sup>10</sup> are the worst of all. It does, however, sometimes happen that a bold and vigorous conception may derive a certain charm from the contrast between two words not dissimilar in sound. I do

<sup>1</sup> *Phil.* III. ix. 22: "Orator turned ploughman."

<sup>2</sup> *Auct. ad Herenn.* iv. 22. "That the conscript fathers be not cheated."

<sup>10</sup> Meaning uncertain.

- prohibeat pudor uti domestico exemplo? Pater meus contra eum, qui se legationi immoriturum dixerat, deinde vix paucis diebus insumptis re infecta redierat, *Non exigo, ut immoriaris legationi; immorare.* Nam et valet sensus ipse et in verbis tantum distantibus iucunde consonat vox, praesertim non captata, sed velut oblata, cum altero suo sit  
 74 usus, alterum ab adversario acceperit. Magnae veteribus curae fuit gratiam dicendi et paribus et contrariis acquirere. Gorgias in hoc immodicus, copiosus aetate utique prima Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, verum et modum adhibuit non ingratae, nisi copia redundet, voluptati et rem alioqui levem sententiarum pondere implevit. Nam per se frigida et inanis adfectatio, cum in acres incidit sensus, innatam gratiam<sup>1</sup> videtur habere non arcessitam.
- 75 Similium fere quadruplex ratio est. Nam est primum, quotiens verbum verbo aut non dissimile valde quaeritur, ut

*Puppisque tuae pubesque tuorum;*

et *Sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua perniciosissima flamma, et Non enim tam spes laudanda quam*

<sup>1</sup> innatam, 2nd hand of A.: innata, AG.: gratiam added by Meister.

<sup>1</sup> "I do not demand that you should die on your embassy; only stay there!"

<sup>2</sup> *Aen.* i. 399. "Your ships and the flower of your young warriors."

<sup>3</sup> *Pro Cluent.* i. 4. "In the midst of this disastrous defamation, which may be compared to a disastrous conflagration."

not know that there is any reason why modesty should prevent me from illustrating this point from my own family. My father, in the course of a declamation against a man who had said he would die on his embassy and then returned after a few days' absence without accomplishing anything, said, *non exigo ut immoriaris legationi: immorare*.<sup>1</sup> For the sense is forcible and the sound of the two words, which are so very different in meaning, is pleasant, more especially since the assonance is not far fetched, but presents itself quite naturally, one word being of the speaker's own selection, while the other is supplied by his opponent. The old orators were at 74 great pains to achieve elegance in the use of words similar or opposite in sound. Gorgias carried the practice to an extravagant pitch, while Isocrates, at any rate in his early days, was much addicted to it. Even Cicero delighted in it, but showed some restraint in the employment of a device which is not unattractive save when carried to excess, and, further, by the weight of his thought lent dignity to what would otherwise have been mere trivialities. For in itself this artifice is a flat and foolish affectation, but when it goes hand in hand with vigour of thought, it gives the impression of natural charm, which the speaker has not had to go far to find.

There are some four different forms of play upon 75 verbal resemblances. The first occurs when we select some word which is not very unlike another, as in the line of Virgil

*vuppisque tuae pubesque tuorum,*<sup>2</sup>

or, *sic in hac calamitosa fama quasi in aliqua perniciosissima flamma,*<sup>3</sup> and *non enim tam spes laudanda quam*

## QUINTILIAN

- res est, aut certe par et extremis syllabis consonans :*
- 76 *Non verbis, sed armis.* Et hoc quoque, quotiens in sententias acres incidit, pulchrum est: *Quantum possis, in eo semper experire, ut prosis.* Hoc est *πάρισον*, ut plerisque placuit. Theo Stoicus *πάρισον* existimat,
- 77 quod sit e membris non dissimilibus. Secundum, ut clausula similiter cadat, syllabis iisdem in ultimam partem collatis: *ὁμοιοτέλευτον* vocant<sup>1</sup> similem duarum sententiarum vel plurium finem: *Non modo ad salutem eius exstinguendam, sed etiam gloriam per tales viros infringendam.* Ex quibus fere fiunt, non tamen ut semper utique ultimis consonent, quae *τρίκωλα* dicuntur: *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* Sed in quaternas quoque ac plures haec ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis verbis: *Hecuba hoc dolet, pudet, piget; et Abiit, excessit, erupit, evasit.* Tertium est, quod in eisdem casus cadit, *ὁμοιόπτωτον* dicitur. Sed neque, quod finem habet similem, utique in eundem venit finem *ὁμοιόπτωτον*, quia *ὁμοιόπτωτον* est tantum casu simile, etiamsi dissimilia sint quae declinentur; nec tantum in fine deprehenditur, sed respondentibus<sup>2</sup> vel

<sup>1</sup> vocant, added by Capperonnier.

<sup>2</sup> respondentibus, Halm: respondent, AG.

<sup>1</sup> From Cic. *de Republica*. "For it is performance rather than promise that claims our praise."

<sup>2</sup> *Rutil.* ii. xii. "Not with words, but with arms."

<sup>3</sup> "Always try in such cases to make your efforts as useful as possible."

<sup>4</sup> *Pro Mil.* ii. 5. "Not merely to destroy his personal security, but even to blacken his name by means of such ruffians."

<sup>5</sup> See § 62.

*res est.*<sup>1</sup> Or at any rate the words selected will be of equal length and will have similar terminations, as in *non verbis, sed armis.*<sup>2</sup> A good effect may also 76 be produced by an artifice such as the following, so long as the thought which it expresses be vigorous: *quantum possis, in eo semper experire ut prosis.*<sup>3</sup> The name commonly applied to this is *πάρισον*, though the Stoic Theon thinks that in cases of *πάρισον* the correspondence between the clauses must be exact. The second form occurs when clauses 77 conclude alike, the same syllables being placed at the end of each; this correspondence in the ending of two or more sentences is called *homoeoteleuton*. Here is an example: *Non modo ad salutem eius extinguendam sed etiam gloriam per tales viros infringendam.*<sup>4</sup> This figure is usually, though not invariably, found in the groups of three clauses, styled *τρίκωλα*, of which the following may be cited as an illustration: *vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.*<sup>5</sup> But the device may be applied to four clauses or more. The effect may even be produced by single words; for example, *Hecuba hoc dolet, pudet, piget,*<sup>6</sup> or *abiit, excessit, erupit, evasit.*<sup>7</sup> In the third form the 78 correspondence is produced by the use of similar cases; it is known as *ὁμοιόπτωτον*. But this name, though it implies a certain similarity, does not necessarily involve identity in termination, since it means no more than similarity of case, irrespective of the fact that words may be differently declined, and does not always occur at the end of a sentence; the correspondence may occur at the beginning, middle or

<sup>1</sup> From an unknown tragedian. "This fills Hecuba with grief, shame and loathing."

<sup>7</sup> See § 46.

## QUINTILIAN

primis inter se vel mediis vel extremis vel etiam permutatis his, ut media primis et summa mediis accommodentur, et quocunque modo accommodari  
 79 potest. Neque enim semper paribus syllabis constat, ut est apud Afrum, *Amisso nuper infelicis aulae si non*<sup>1</sup> *praesidio inter pericula tamen solacio inter adversa.* Eius fere videntur optima, in quibus initia sententiarum et fines, consentiunt, ut hic *praesidio solacio, pericula adversa,*<sup>2</sup> paene<sup>3</sup> ut similia sint verbis et  
 80 paribus cadant et eodem modo desinant. Etiam ut sint, quod est quartum, membris aequalibus, quod *ισόκωλον* dicitur: *Si, quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque iudiciis impudentia valeret* *ισόκωλον* est et *ὁμοιόπτωτον* habet; non minus nunc in causa cederet Aulus Caecina Sexti Aebutii impudentiae, quam tum in vi facienda cessit audaciae, *ισόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον.* Accedit et ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti: *Non minus cederet quam cessit.* At hoc<sup>4</sup>

<sup>1</sup> infelicis aulae si non, an early emendation: infelicis auleis non, MSS. Halm conjectures infelicibus ausis non modo p.i.p., sed etiam solacio i.a.

<sup>2</sup> pericula adversa, inserted by G. Laubmann.

<sup>3</sup> paene ut, ed. Ald: pedem et, MSS.

<sup>4</sup> at hoc, Halm: ad huc, AG.

---

<sup>1</sup> The sense of *infelicis aulae* is uncertain. See Crit. note. "This unhappy court having lost, if not all that might protect it in the hour of peril, at any rate all that might console it in moments of adversity."

<sup>2</sup> Cic. *pro Caec.* i. 1. "If shamelessness carried as much weight in the forum and the law courts as daring carries in the country and in lonely places, Aulus Caccina would now yield no less to the shamelessness of Sextus Aebutius in the present case than he yielded to his audacity in the use of violence."



 latter as many as five syllables. He does not, how-  
 ever, conceal the fact that some regard these as  
 rhythms rather than feet: and they are right in so  
 doing, since whatever is longer than three syllables  
 involves more than one foot. Since then there are  
 four feet which consist of two syllables, and eight  
 composed of three, I shall call them by the following  
 names: two long syllables make a *spondee*; the  
*pyrrhic* or *pariambus*, as some call it, is composed  
 of two shorts; the *iambus* of a short followed by  
 a long; its opposite, that is a long followed by a  
 short, is a *choreus*, for I prefer that term to the  
 name of *trochee* which is given it by others. Of 81

## QUINTILIAN

ternas syllabas habent, dactylum longa duabusque  
 brevis, huic temporibus parem, sed retro actum  
 appellari constat anapaeston. Media inter longas  
 brevis faciet amphimacrum, sed frequentius eius  
 nomen est creticus; longa inter breves, amphi-  
 82 brachyn huic contrarium. Duabus<sup>1</sup> longis brevem  
 sequentibus bacchius, totidem longis brevem<sup>2</sup> prae-  
 cedentibus palimbacchius erit. Tres breves trocha-  
 eum, quem tribrachyn dici volunt, qui choreo  
 trochaei nomen imponunt; totidem longae molosson  
 83 efficient. Horum pedum nullus non in orationem  
 venit, sed quo quique sunt temporibus pleniore  
 longisque syllabis magis stabiles, hoc gravio-  
 rem faciunt orationem, breves celerem ac mobilem.  
 Utrumque locis utile; nam et illud, ubi opus est  
 velocitate, tardum et segne, et hoc, ubi pondus exigi-  
 84 tur, praeceps ac resultans merito damnetur. Sit in  
 hoc quoque aliquid fortasse momenti, quod et longis  
 longiores et brevibus sunt breviores syllabae, ut,  
 quamvis neque plus duobus temporibus neque uno  
 minus habere videantur, ideoque in metris omnes  
 breves longaeque inter se ipsae<sup>3</sup> sint pares, lateat  
 tamen nescio quid quod<sup>4</sup> supersit aut desit. Nam ver-  
 sum propria condicio est, ideoque in his quaedam  
 85 etiam communes. Veritas vero quia patitur aequae  
 brevem esse vel longam vocalem, cum est sola, quam

<sup>1</sup> amphibrachyn . . . duabus, *Spalding*: brachios huic (hinc, *G*) ausis, *AG*.

<sup>2</sup> sequentibus . . . brevem, *added by L. Valla*.

<sup>3</sup> ipsae, *Spalding*: obsessae, *AG*.

<sup>4</sup> quid quod, *Spalding*: quidquid, *AG*.

trissyllabic feet the *dactyl* consists of a long followed by two shorts, while its opposite, which has the same time-length, is called an *anapaest*. A short between two longs makes an *amphimacer*, although it is more often called a *cretic*, while a long between two shorts produces its opposite, the *amphibrachys*. Two long syllables following a short make a *bacchius*, 82 whereas, if the long syllables come first the foot is called a *palimbacchius*. Three shorts make a *trochee*, although those who give that name to the *choreus* call it a *tribrach*: three longs make a *molossus*. Every 83 one of these feet is employed in prose, but those which take a greater time to utter and derive a certain stability from the length of their syllables produce a weightier style, short syllables being best adapted for a nimble and rapid style. Both types are useful in their proper place: for weight and slowness are rightly condemned in passages where speed is required, as are jerkiness and excessive speed in passages which call for weight. It may 84 also be important to remark that there are degrees of length in long syllables and of shortness in short. Consequently, although syllables may be thought never to involve more than two time-beats or less than one, and although for that reason in metre all shorts and all longs are regarded as equal to other shorts and longs, they none the less possess some undefinable and secret quality, which makes some seem longer and others shorter than the normal. Verse, on the other hand, has its own peculiar features, and consequently some syllables may be either long or short. Indeed, since strict law 85 allows a vowel to be long or short, as the case may be, when it stands alone, no less than when one or

## QUINTILIAN

cum eam consonantes una pluresve praecedunt, certe in dimensione pedum syllaba, quae est brevis, insequente alia vel longa<sup>1</sup> vel brevi, quae tamen duas primas consonantes habeat, fit longa, ut

*Agrestem tenui musam :*

- 86 nam *A* brevis, *g*res brevis, faciet tamen longam priorem; dat igitur illi aliquid ex suo tempore. Quo modo, nisi habet plus quam quae brevissima, qualis ipsa esset detractis consonantibus? Nunc unum tempus accommodat priori et unum accipit a sequente; ita duae natura breves positione sunt temporum quattuor.
- 87 Miror autem in hac opinione doctissimos homines fuisse, ut alios pedes ita eligerent aliosque damnarent, quasi ullus esset, quem non sit necesse in oratione deprehendi. Licet igitur paeana sequatur Ephorus, inventum a Thrasymacho, probatum ab Aristotele, dactylumque ut temperatos brevibus ac longis, fugiat
- 88 spondeum et<sup>2</sup> trochaicum, alterius tarditate nimia,<sup>3</sup> alterius celeritate damnata, herous, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior, iambus humilior<sup>4</sup> videatur, trochaicum ut nimis currentem damnet eique

<sup>1</sup> vel longa, *added by Christ.*

<sup>2</sup> spondeum et, *added by ed. Camp.*

<sup>3</sup> nimia, *Halm*: etenim, *AG.*

<sup>4</sup> humilior, *P. Victorius, Pithoeus*: humanior, *MSS.*

---

<sup>1</sup> *Ecl.* i. 2. But Virgil wrote *silvestrem*.

<sup>2</sup> This theory involves the allotment of a time-value to consonants: *g*res gives the time-value of *gr* to *a*, and itself borrows an equivalent time-value from *st*. This view is more explicitly expressed by the fifth-century grammarian Pompeius (112. 26κ), who allots the value of half a time-

more consonants precede it, there can be no doubt, when it comes to the measuring of feet, that a short syllable, followed by another which is either long or short, but is preceded by two consonants, is lengthened, as for example in the phrase *agrestem tenui musam*.<sup>1</sup> For both *a* and *ges* are short, but the latter lengthens the former, thereby transferring to it something of its own time-length. But how can it do this, unless it possesses greater length than is the portion of the shortest syllables, to which it would itself belong if the consonants *st* were removed? As it is, it lends one time-length to the preceding syllable, and subtracts one from that which follows.<sup>2</sup> Thus two syllables which are naturally short have their time-value doubled by position. 86

I am, however, surprised that scholars of the highest learning should have held the view that some feet should be specially selected and others condemned for the purposes of prose, as if there were any foot which must not inevitably be found in prose. Ephorus may express a preference for the *paean* (which was discovered by Thrasymachus and approved by Aristotle) and for the *dactyl* also, on the ground that both these feet provide a happy mixture of long and short; and may avoid the *spondee* and the *trochee*, condemning the one as too slow and the other as too rapid; Aristotle<sup>3</sup> may regard the *heroic* foot, which is another name for the *dactyl*, as too dignified and the *iambus* as too commonplace, and may damn the *trochee* as too 87

length to each consonant. Therefore to  $\check{a}$  (= one time-length) are added the two half time-lengths represented by *gr* (see Lindsay, *Lat. Language*, p. 129). 88

<sup>3</sup> *Rhet.* iii. 8.

- cordacis nomen imponat, eademque dicant Theodectes ac Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus
- 89 Dionysius: irrumpent etiam ad invitos, nec semper illis heroo aut paeane suo, quem, quia versum raro facit, maxime laudant, uti licebit. Ut sint tamen aliis alii crebriores, non verba facient, quae neque augeri nec minui nec sicuti toni<sup>1</sup> modulatione produci aut corripri possint, sed transmutatio et collocatio.
- 90 Plerique enim ex commissuris eorum vel divisione fiunt pedes; quo fit ut iisdem verbis alii atque alii versus fiant, ut memini quendam non ignobilem poetam talem exarasse:<sup>2</sup>

*Astra tenet caelum, mare classes, area messem.*

Hic retrorsum fit sotadeus; itemque e sotadeo retro trimetros:

*Caput exeruit mobile pinus repetita.*

- 91 Miscendi ergo sunt, curandumque, ut sint plures qui placent, et circumfusi bonis deteriores lateant. Nec vero in litteris syllabisque natura mutatur, sed refert, quae cum quaque optime coeat. Plurimum igitur

<sup>1</sup> toni, added by Christ.

<sup>2</sup> talem exarasse, Halm: tatelarasse, G: taliter lusisse, A. (iter lus by corrector).

---

<sup>1</sup> "The heaven holds the stars, the sea the fleets, and the threshing-floor the harvest." *messem area, classes mare, caelum tenet astra* is identical in scansion with the Sotadean which follows, save that it opens with a *spondee* instead of an *anapaest*.

<sup>2</sup> The sense is uncertain. It appears to refer to a pine beam or trunk floating half-submerged. "The pine-beam caught afresh put forth its nimble head."



hasty and dub it the *cancan*; Theodectes and Theophrastus may agree with him, and a later critic, Dionysius of Halicarnassus, may adopt a similar view; but for all they say, these feet will force 89 themselves upon them against their will, and it will not always be possible for them to employ the *dactyl* or their beloved *paean*, which they select for special praise because it so rarely forms part of a verse-rhythm. It is not, however, the words which cause some feet to be of more common occurrence than others; for the words cannot be increased or diminished in bulk, nor yet can they, like the notes in music, be made short or long at will; everything depends on transposition and arrangement. For a 90 large proportion of feet are formed by the connexion or separation of words, which is the reason why several different verses can be made out of the same words: for example, I remember that a poet of no small distinction writing the following line:

*Astra tenet caelum, mare classes, area messem,*<sup>1</sup>

a line which, if the order of the words be reversed, becomes a Sotadean; again, the following Sotadean, if reversed, reads as an *iambic trimeter*:

*caput exeruit mobile pinus repetita.*<sup>2</sup>

Feet therefore should be mixed, while care must be 91 taken that the majority are of a pleasing character, and that the inferior feet are lost in the surrounding crowd of their superior kindred. The nature of letters and syllables cannot be changed, but their adaptability to each other is a consideration of no small importance. Long syllables, as I have said,

## QUINTILIAN

auctoritatis, ut dixi, et ponderis habent longae, celeritatis breves; quae si miscentur quibusdam  
 92 longis, currunt, si continuantur, exultant. Acres, quae ex brevibus ad longas insurgunt; leniores, quae a longis in breves descendunt. Optime incipitur a longis, recte aliquando a brevibus, ut *Novum crimen*; lenius a duabus, ut *Animadverti iudices*; sed hoc pro Cluentio recte, quia initium eius partitioni simile est,  
 93 quae celeritate gaudet. Clausula quoque e longis firmissima est; sed venit et in breves, quamvis habeatur indifferens ultima. Neque enim ego ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quia videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere; aures tamen consulens meas, intelligo multum referre, verene longa sit, quae cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum est *Dicere incipi-*  
 94 *entem timere*, quam illud *Ausus est confiteri*. Atqui si nihil refert, brevis an longa sit ultima, idem pes erit; verum nescio quo modo sedebit hoc, illud subsistet. Quo moti quidam longae ultimae tria tempora

---

<sup>1</sup> *pro Lig.* i. 1.

<sup>2</sup> *pro Cluent.* i. 1. The speech begins: "I note, gentlemen of the jury, that the whole speech of the accuser falls into two parts, of which one," etc. It is this which is described as "similar to partition." *lenius a duabus* Capperonnier for *levibus* (AG).

<sup>3</sup> *pro Mil.* i. 1. "To show fear when beginning to speak."

carry the greater dignity and weight, while short syllables create an impression of speed: if the latter are intermixed with a few long syllables, their gait will be a run, but a gallop if they are continuous. When a short syllable is followed by a long the effect 92 is one of vigorous ascent, while a long followed by a short produces a gentler impression and suggests descent. It is therefore best to begin with long syllables, though at times it may be correct to begin with short, as in the phrase *novum crimen*:<sup>1</sup> a gentler effect is created, if we commence with two shorts, as in the phrase *animadverti iudices*: but this opening, which comes from the *pro Cluentio*, is perfectly correct, since that speech begins with something similar to partition, which requires speed.<sup>2</sup> Similarly 93 the conclusion of a sentence is stronger when long syllables preponderate, but it may also be formed of short syllables, although the quantity of the final syllable is regarded as indifferent. I am aware that a concluding short syllable is usually regarded as equivalent to a long, because the time-length which it lacks appears to be supplied from that which follows. But when I consult my own ears I find that it makes a great difference whether the final syllable is really long or only treated as the equivalent of a long. For there is not the same fullness of rhythm in *dicere incipientem timere*<sup>3</sup> as there is in *ausus est confiteri*.<sup>1</sup> But if it makes no difference 94 whether the final syllable be long or short, the concluding feet in these two instances must be identical: and yet somehow or other one gives the impression of sitting down and the other of a simple halt. This fact has led some critics to allow three time-beats for a final long syllable, adding the extra

dederunt, ut illud tempus, quod brevis ex loco<sup>1</sup> accipit, huic quoque accederet. Nec solum refert, quis pes claudat, sed claudentem<sup>2</sup> quis antecedit.

95 Retrorsum autem neque plus tribus, iique, si non ternas syllabas habebunt, repetendi erunt (absit enim<sup>3</sup> poetica observatio), neque minus duobus; alioqui pes erit, non numerus. Potest tamen vel unus esse dichoreus, si unus est, qui constat e duobus

96 choreis. Itemque paeon, qui est ex choreo et pyrrhichio, quem aptum initiis putant, vel contra, qui est e tribus brevibus et longa, cui clausulam adsignant; de quibus fere duobus scriptores huius artis loquuntur. Alii omnes, in<sup>4</sup> quocunque sit loco longa,<sup>5</sup> temporum quod ad rationem pertinet, paeanas

97 appellant. Est et dochmius, qui fit ex bacchio et iambo vel ex iambo et cretico, stabilis in clausulis et severus. Spondeus quoque, quo plurimum est Demosthenes usus, non eodem modo semper se<sup>6</sup> habet. Optime praecedet eum creticus, ut in hoc, *De qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa.* Non nihil<sup>7</sup> est, quod supra dixi multum referre, unone verbo sint duo pedes comprehensi an uterque liber.

<sup>1</sup> loco, *Spaldin*: longo, *AG*.

<sup>2</sup> quis pes claudat sed claudentem quis, *Halm*: quis claudentem quis, *G*: quis claudat et quis, *A*.

<sup>3</sup> absit enim, *Christ*: sit tam, *AG*.

<sup>4</sup> in, *Halm*: ut, *MSS*.

<sup>5</sup> longa, *added by Halm*.

<sup>6</sup> non eodem modo . . . se, *Halm*: neodem . . . per se, *AG*.

<sup>7</sup> causa non nihil, *Halm*: causam nihil, *AG*.

---

<sup>1</sup> *pro Cael.* xiii. 31. "Concerning which I will say nothing except for the purpose of refuting the charge."

time-length which a short syllable derives from its position at the end of a sentence to the long syllable as well. And it not merely makes a difference with what foot a sentence ends, but the penultimate foot is also of importance. It is not, however, 95 necessary to go back further than three feet, and only that if the feet contain less than three syllables, for we must avoid the exactitude of verse: on the other hand, we must not go back less than two: otherwise we shall be dealing with a foot and not with rhythm. But in this connexion the *dichoreus* may be regarded as one foot, if indeed a foot consisting of two *chorei* can be considered as a single foot. The same is true of the *paeon* composed of the 96 *choreus* and a *pyrrhic*, a foot which is regarded as specially suitable to the beginning of a sentence, or of the other *paeon*, formed of three shorts followed by a long, to which the conclusion is specially dedicated. It is of these two forms that writers on rhythm generally speak. Some, however, call all feet containing three short syllables and a long by the name of *paeon*, irrespective of the position of the long syllable, and merely taking into account the total number of time-lengths that it contains. 97 The *dochmiac*, again, which consists of a *bacchius* and an *iambus*, or of an *iambus* and a *cretic*, forms a solid and severe conclusion. The *spondee*, so frequently employed in this position by Demosthenes, is used with varying effect. It is most impressive when preceded by a *cretic*, as in the following instance: *De qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa.*<sup>1</sup> Again there is a point, of the importance of which I spoke above, namely that it makes a considerable difference whether two feet are contained in a single word

## QUINTILIAN

Sic enim fit forte *Criminis causa*; molle *Archipiratae*, mollius, si tribrachys praecedat, *facilitates, temeritates*.

- 98 Est enim quoddam ipsa divisione verborum latens tempus, ut in pentametri medio spondeo, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constat, versum non efficit. Potest, etiamsi minus bene, praeponi anapaestos: *Muliere non solum nobili, verum etiam nota*.
- 99 Cum anapaestus et creticus, iambus quoque, qui est utroque syllaba minor (praecedet enim tres longas brevis), sed et spondeus iambo recte praeponitur: [*iisdem in*]<sup>1</sup> *armis fui*. Cum spondeus, et bacchius, sic
- 100 enim fiet ultimus dochmius: *In armis fui*. Ex iis quae supra probavi apparet molosson quoque clausulae convenire, dum habeat ex quocunque pede ante se brevem: *Illud scimus ubicunque sunt, esse pro*
- 101 *nobis*. Minus gravis erit spondeus, praecedentibus palimbacchio et pyrrhichio, ut *Iudicii Iuniani*,<sup>2</sup> et adhuc peius priore paeano, ut *Brute, dubitavi*; nisi potius hoc esse volumus dactylum et bacchium.

<sup>1</sup> Bracketed by Regius.

<sup>2</sup> praecedentibus et, G: praecedenti . . . A. I have added palimbacchio.

<sup>1</sup> See § 64.

<sup>2</sup> *pro Cael.* xiii. 31. "A woman, not only of noble birth, but even notorious."

<sup>3</sup> *pro Lig.* iii. 9. "I was in arms."

<sup>4</sup> The text is clearly corrupt as it stands, since the first syllable of *Iuniani* is long. Further, if *iudici* be read with the best texts of Cicero, there is no *pyrrhic* (υυ) in the phrase, which is identical in rhythm with *ausus est confiteri*, praised just above. If *iudicii* is read the final *spondeus* might be said to be preceded by a *pyrrhic* and a *palimbacchius* (i. e. *iud/ici/i Iūnī/ānī*). The fact that the termination of both words is the same would account for the disappearance of

or whether they are both detached. Thus *criminiis causā* makes a strong and *archipiratae*<sup>1</sup> a weak ending, while the weakness is still further increased if the first foot be a *tribrach*, as for instance in words like *facilitates* or *temeritates*. For the mere fact that words are separated from each other involves an imperceptible length of time: for instance, the *spondee* forming the middle foot of a *pentameter* must consist of the last syllable of one word and the first of another, otherwise the verse is no verse at all. It is permissible, though less satisfactory, for the *spondee* to be preceded by an *anapaest*: e.g. *muliere non solum nobili, verum etiam nota*.<sup>2</sup> And it may also, in addition to the *anapaest* and *cretic*, be preceded by the *iambus*, which is a syllable less in length than both of them, thus making one short syllable precede three long. But it is also perfectly correct to place a *spondee* before an *iambus*, as in *armis fui*, or it may be preceded by a *bacchius* instead of a *spondee*, e.g. in *armis fui*,<sup>3</sup> thereby making the last foot a *dochmiac*. From this it follows that the *molossus* also is adapted for use in the conclusion provided that it be preceded by a short syllable, though it does not matter to what foot the latter belongs: e.g. *illud scimus, ubicunque sunt, esse pro nobis*. The effect of the *spondee* is less weighty, if it be preceded by a *palimbacchius* and *pyrrhic*, as in *iudicii Iuniani*.<sup>4</sup> Still worse is the rhythm when the *spondee* is preceded by a *paean*, as in *Brute, dubitavi*,<sup>5</sup> although this phrase may, if we prefer, be regarded as consisting one of them. The corruption may easily lie deeper still. But as the words quoted come from an actual speech of Cicero, the error is not likely to lie in the quotation. *pro Cluent. i. l.*

<sup>5</sup> *Or. i. l.* "I hesitated, Brutus."

## QUINTILIAN

Duo spondei non fere se iungi patiuntur, quae in versu quoque notabilis<sup>1</sup> clausula est, nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: *Cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos?* una  
 102 syllaba, duabus, una. Ne dactylus quidem spondeo bene praeponitur, quia finem versus damnamus in fine orationis. Bacchius et claudit et sibi iungitur: *Venenum timeres*; vel choreum et spondeum ante se amat: *Vt venenum timeres*. Contrarius quoque qui est, cludet, nisi si ultimam syllabam longam esse volumus, optimeque habebit ante se molosson: *Civis Romanus sum*; aut bacchium, *Quod hic potest, nos*  
 103 *possemus*. Sed verius erit claudere choreum praecedente spondeo, nam hic potius est numerus, *Nos possemus et Romanus sum*. Claudet et dichoreus, id est idem pes sibi ipse iungetur, quo Asiani sunt usi plurimum; cuius exemplum Cicero ponit, *Patris*  
 104 *dictum sapiens temeritas filii comprobavit*. Accipiet ante se choreus et pyrrhichium: *Omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat*. Claudet et dactylus, nisi eum observatio ultimae creticum facit: *Muliercula nixus in litore*. Habebit ante se bene creticum et

<sup>1</sup> notabilis, *early edd.*: nobis, *AG*.

---

<sup>1</sup> "Why does he collect forces against us from our deserters?" L. Crassus quoted in *Or.* lxvi. 223.

<sup>2</sup> *pro Cael.* xiv. 33. "That you should fear poison."

<sup>3</sup> *Verr.* v. lxii. 162.

<sup>4</sup> *pro Lig.* iv. 10.

<sup>5</sup> *Orat.* lxiii. 214. "The wise temerity of the son confirmed the statement of the father."

<sup>6</sup> *pro Cael.* xiv. 34. "He surpassed almost all other citizens in virtue, glory and honour."



of a *dactyl* and a *bacchius*. As a rule, endings composed of two *spondees*, a termination which causes comment even in a verse, are to be deprecated, unless the phrase is composed of three separate members, as in *cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos?*<sup>1</sup> where we have a word of two syllables preceded and followed by a monosyllable. Even the *dactyl* ought not to precede a final *spondee*, since we condemn verse-endings at the period's close. The *bacchius* is employed at the conclusion, sometimes in conjunction with itself as in *venenum timeres*,<sup>2</sup> while it is also effective when a *choreus* and *spondee* are placed before it as in *ut venenum timeres*. Its opposite, the *palimbacchius*, is also employed as a conclusion (unless, of course, we insist that the last syllable of a sentence is always long), and is best preceded by a *molossus*, as in *civis Romanus sum*,<sup>3</sup> or by a *bacchius*, as in *quod hic potest, nos possemus*.<sup>4</sup> It would, however, be truer to say that in such cases the conclusion consists of a *choreus* preceded by a *spondee*, for the rhythm is concentrated in *nos possemus* and *Romanus sum*. The *dichoreus*, which is the repetition of one and the same foot, may also form the conclusion, and was much beloved by the Asiatic school: Cicero illustrates it by *Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit*.<sup>5</sup> The *choreus* may also be preceded by a *pyrrhic*, as in *omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat*.<sup>6</sup> The *dactyl* also may come at the close, unless indeed it be held that, when it forms the final foot, it is transformed into a *cretic*: e.g. *muliercula nixus in litore*.<sup>7</sup> The effect will be good if it is preceded by a *cretic* or an *iambus*, but unsatisfactory if it is preceded by a

<sup>1</sup> *Verr.* v. xxxiii. 86. "Leaning on a worthless woman on the shore."

- 105 iambum, spondeum male, peius choreum. Cludit amphibrachys: *Q. Ligarium in Africa fuisse*, si non eum malinus esse bacchium. Non optimus est trochaeus, si ulla est ultima brevis, quod certe sit necesse est; alioqui quomodo cludet, qui placet plerisque, dichoreus? Illa observatione ex trochaeo  
 106 fit anapaestus. Idem trochaeus praecedente longa fit paeon, quale est *Si potero et Dixit hoc Cicero, Obstat invidia*. Sed hunc initiis dederunt. Cludet et pyrrhichius choreo praecedente, nam sic paeon est. Sed omnes hi, qui in breves excidunt, minus erunt stabiles, nec alibi fere satis apti, quam ubi cursus orationis exigitur et clausulis non intersistitur.  
 107 Creticus et initiis optimus: *Quod precatus a diis immortalibus sum*, et clausulis: *In conspectu populi Romani vomere postridie*. Apparet vero, quam bene eum praecedant vel anapaestos vel ille, qui videtur fini aptior, paeon. Sed et se ipse sequitur: *Servare quam plurimos*. Sic melius quam choreo praecedente, *Quis non turpe duceret?* si ultima brevis pro longa sit;  
 108 sed fingamus sic, *Non turpe duceres*. Sed hic est illud

<sup>1</sup> *pro Lig. i. l.*

<sup>2</sup> It must be remembered that for Quintilian a *trochee* is the same as a *tribrach* (υυυ). See § 82.

<sup>3</sup> As he has in the preceding clause stated that this form of *paeon* is regarded as specially adapted to the opening of a sentence, it cannot be supposed that he commends this employment of the *pyrrhic*. He mentions it only to illustrate another method of forming the *paeon* (e.g. *multa bene*) by two words, the first a *choreus*, the second a *pyrrhic*. His view about the employment of this form of *paeon* is that it is sometimes used at the end, but that such a position is not advisable.

<sup>4</sup> *pro Muren. i. l.*

<sup>5</sup> *Phil. II. xxv. 63.*

*spondee*, and worse still if by a *choreus*. The *amphi-* 105  
*brachys* may close the cadence, as in *Q. Ligarium in*  
*Africa fuisse*,<sup>1</sup> although in that case some will prefer  
to call it a *bacchius*. The *trochee*<sup>2</sup> is one of the less  
good endings, if any final syllable is to be regarded  
as short, as it undoubtedly must be. Otherwise  
how can we end with the *dichoreus*, so dear to many  
orators? Of course, if it be insisted that the final  
syllable is long, the *trochee* becomes an *anapaest*. If 106  
preceded by a long syllable, the *trochee* becomes a  
*paeon*, as is the case with phrases such as *si potero*, or  
*dixit hoc Cicero*, or *obstat invidia*. But this form of  
*paeon* is specially allotted to the beginnings of  
sentences. The *pyrrhic* may close a sentence if  
preceded by a *choreus*, thereby forming a *paeon*.<sup>3</sup>  
But all these feet which end in short syllables will  
lack the stability required for the cadence, and  
should as a rule only be employed in cases where  
speed is required and there is no marked pause at  
the ends of the sentences. The *cretic* is excellent, 107  
both at the beginning (e.g. *quod precatus a diis im-*  
*mortalibus sum*<sup>4</sup>) and at the close (e.g. *in conspectu*  
*populi Romani vomere postridie*).<sup>5</sup> The last example  
makes it clear what a good effect is produced when  
it is preceded by an *anapaest* or by that form of *paeon*  
which is regarded as best suited to the end of a  
sentence. But the *cretic* may be preceded by a  
*cretic*, as in *servare quam plurimos*.<sup>6</sup> It is better thus  
than when it is preceded by a *choreus*, as in *quis non*  
*turpe duceret*?<sup>7</sup> assuming that we treat the final short  
syllable as long. However, for the sake of argument,  
let us substitute *duces* for *duceret*. Here, however, 108

<sup>6</sup> *pro Lig.* xii. 33.

<sup>7</sup> *Phil.* II. xxv. 63.

inane, quod dixi: paulum enim morae damus inter ultimum ac proximum verbum et *turpe* illud intervallo quodam producimus; alioqui sit exultantissimum et trimetri finis: *Quis non turpe duceret?* Sicut illud *Ore excipere liceret*, si iungas, lascivi carminis est; sed interpunctis quibusdam et tribus quasi initiis fit  
 109 plenum auctoritatis. Nec ego, cum praecedentes pedes posui, legem dedi ne alii essent, sed quid fere accideret et quid in praesentia videretur optimum, ostendi. Non<sup>1</sup> quidem optime est sibi iunctus anapaestos, ut qui sit pentametri finis, vel rhythmos qui nomen ab eo traxit: *Nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est*; nam synaloephe facit, ut  
 110 duae ultimae syllabae pro una sonent. Melior fiet praecedente spondeo vel bacchio, ut si idem mutes *leve innocentiae praesidium est*. Non me capit (ut a magnis viris dissentiam) paeon, qui est ex tribus brevibus et longa. Nam est et ipse una plus brevi anapaestos *facilitas* et *agilitas*. Quid<sup>2</sup> ita placuerit is, non video, nisi quod illum fere probaverunt, quibus loquendi magis quam orandi studium fuit.  
 111 Nam et ante se brevibus gaudet pyrrhichio vel

<sup>1</sup> non, added by Spalding.

<sup>2</sup> quid, Halm: quidquid, AG.

<sup>1</sup> § 51.

<sup>2</sup> *Verr.* v. xlv. 118. The licentious metre is Sotadean.

<sup>3</sup> Crassus in Cic. *Or.* lxxv. 219. "For where lust holds sway, there is but small protection for innocence."

we get the *rest* of which I spoke:<sup>1</sup> for we make a short pause between the last word and the last but one, thus slightly lengthening the final syllable of *turpe*; otherwise *quis non turpe duceret?* will give us a jerky rhythm resembling the end of an *iambic trimeter*. So, too, if you pronounce *ore excipere liceret*<sup>2</sup> without a pause, you will reproduce the rhythm of a licentious metre, whereas if triply punctuated and thus provided with what are practically three separate beginnings, the phrase is full of dignity. In specifying the feet above-mentioned, I do not mean to lay it down as an absolute law that no others can be used, but merely wish to indicate the usual practice and the principles that are best suited for present needs. I may add that two consecutive *anapaests* should be avoided, since they form the conclusion of a *pentameter* or reproduce the rhythm of the *anapaestic* metre, as in the passage, *nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est*,<sup>3</sup> where elision makes the last two syllables sound as one. The *anapaest* should preferably be preceded by a *spondee* or a *bacchius*, as, for instance, if you alter the order of words in the passage just quoted to *leve innocentiae praesidium est*. Personally, although I know that in this I am in disagreement with great writers, I am not attracted by the *paean* consisting of three shorts followed by a long: for it is no more than an *anapaest* with the addition of another short syllable (e.g. *facilitas, agilitas*). Why it should have been so popular, I cannot see, unless it be that those who gave it their approval were students of the language of common life rather than of oratory. It is preferably preceded by short syllables, such as are provided by the *pyrrhic* or the *choreus* (e.g.

## QUINTILIAN

choreo, *mea facilitas, nostra facilitas*; ac praecedente spondeo tamen plane finis est trimetri, cum sit per se quoque. Ei contrarius principiis merito laudatur, nam et primam stabilem et tres celeres habet. Tamen hoc quoque meliores alios puto.

- 112 Totus vero hic locus non ideo tractatur a nobis, ut oratio, quae ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis consenescat; nam id cum  
 113 miseri, tum in minimis occupati est, neque enim, qui se totum in hac cura consumpserit, potioribus vacabit, si quidem relicto rerum pondere ac nitore contempto *tesserulas*, ut ait Lucilius, struet et *vermiculate inter se lexis* committet. Nonne ergo refrigeretur sic calor et impetus pereat, ut equorum cursum delicati minutis  
 114 passibus frangunt? Quasi vero numeri<sup>1</sup> non sint in compositione deprehensi, sicut poema nemo dubitaverit impetu<sup>2</sup> quodam initio fusum et aurium mensura et similiter decurrentium spatiorum observatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos componet multa scribendi exercitatio, ut  
 115 ex tempore etiam similia fundamus. Neque vero tam sint intuendi pedes quam universa comprehensio,

<sup>1</sup> numeri non, *Regius*: fecerint, *MSS.*

<sup>2</sup> impetu, *Halm*: peritu, *AG.*

---

<sup>1</sup> In *Or.* xliv. 149, the lines are actually quoted "quam lepide lexeis compostae ut tesserulae omnes | arte pavimento atque emblemate vermiculato." "How neatly his phrases are put together, like a cunningly tessellated pavement with intricate inlay."

*mea facilitas, nostra facilitas*); on the other hand, if it be preceded by a *spondee*, we have the conclusion of an *iambic trimeter*, as indeed we have in the *paean* considered alone. The opposite form of *paean* is deservedly commended as an opening: for the first syllable gives it stability and the next three speed. None the less I think that there are other feet which are better suited for this purpose than even this *paean*.

My purpose in discussing this topic at length is 112  
 not to lead the orator to enfeeble his style by  
 pedantic measurement of feet and weighing of  
 syllables: for oratory should possess a vigorous  
 flow, and such solicitude is worthy only of a  
 wretched pedant, absorbed in trivial detail: since 113  
 the man who exhausts himself by such painful dili-  
 gence will have no time for more important con-  
 siderations; for he will disregard the weight of his  
 subject matter, despise true beauty of style and, as  
 Lucilius says, will construct a *tesselated pavement of*  
*phrases nicely dovetailed together in intricate patterns.*<sup>1</sup>  
 The inevitable result will be that his passions will  
 cool and his energy be wasted, just as our dandies  
 destroy their horses' capacity for speed by training  
 them to shorten their paces. Prose-structure, of 114  
 course, existed before rhythms were discovered in  
 it, just as poetry was originally the outcome of a  
 natural impulse and was created by the instinctive  
 feeling of the ear for quantity and the observation of  
 time and rhythm, while the discovery of feet came  
 later. Consequently assiduous practice in writing will  
 be sufficient to enable us to produce similar rhythmical  
 effects when speaking extempore. Further it is not so 115  
 important for us to consider the actual feet as the

## QUINTILIAN

ut versum facientes totum illum decursum non sex  
 vel quinque partes, ex quibus constat versus, aspi-  
 ciunt. Ante enim carmen ortum est quam observatio  
 116 carminis, ideoque illud *Fauni vatesque canebant*. Ergo  
 quem in poemate locum habet versificatio, eum in  
 oratione compositio.

Optime autem de illa iudicant aures, quae plena  
 sentiunt et parum expleta desiderant et fragosis  
 offenduntur et levibus mulcentur et contortis exci-  
 tantur et stabilia probant, clauda deprehendunt,  
 redundantia ac nimia fastidiunt. Ideoque docti  
 rationem componendi intelligunt, etiam indocti vo-  
 117 luptatem. Quaedam vero tradi arte non possunt.  
 Mutandus est casus, si durius is, quo coeperamus,  
 feratur. Num, in quem transeamus ex quo, praecipi  
 potest? Figura laboranti compositioni variata saepe  
 succurrit. Quae? cum orationis, tum etiam sen-  
 tentiae? Num praescriptum eius rei ullum est?  
 Occasionibus utendum et cum re praesenti deliber-  
 118 andum est. Iam<sup>1</sup> vero spatia ipsa, quae in hac  
 quidem parte plurimum valent, quod possunt nisi

<sup>1</sup> est iam, *Halm*: etiam, *MSS.*

---

<sup>1</sup> *Enn. Ann. 213.*



general rhythmical effect of the period, just as the poet in writing a verse considers the metre as a whole, and does not concentrate his attention on the six or five individual feet that constitute the verse. For poetry originated before the laws which govern it, a fact which explains Ennius' statement<sup>1</sup> that *Fauns and prophets sang*. Therefore rhythmical structure will hold the same place in prose that is held by versification in poetry. 116

The best judge as to rhythm is the ear, which appreciates fullness of rhythm or feels the lack of it, is offended by harshness, soothed by smooth and excited by impetuous movement, and approves stability, while it detects limping measures and rejects those that are excessive and extravagant. It is for this reason that those who have received a thorough training understand the theory of artistic structure, while even the untrained derive pleasure from it. There are some points, it is true, which are beyond the power of art to inculcate. For example if the case, tense or mood with which we have begun, produces a harsh rhythm, it must be changed. But is it possible to lay down any definite rule as to what the change of case, tense or mood should be? It is often possible to help out the rhythm when it is in difficulties by introducing variety through the agency of a *figure*. But what is this *figure* to be? A *figure of speech* or a *figure of thought*? Can we give any general ruling on the subject? In such cases opportunism is our only salvation, and we must be guided by consideration of the special circumstances. Further with regard to the time-lengths, which are of such importance where rhythm is concerned, what standard is there by which they can be 117 118

aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus verbis  
 satis plena vel nimium, alia pluribus brevia et abscisa  
 sunt? Cur in circumductionibus, etiam cum sensus  
 119 finitus est, aliquid tamen loci vacare videatur? *Ne-*  
*minem vestrum ignorare arbitror, iudices, hunc per hosce*  
*dies sermonem vulgi atque hanc opinionem populi Romani*  
*fuisse. Cur hosce potius quam hos? Neque enim*  
*erat asperum. Rationem fortasse non reddam, sentiam*  
*tamen<sup>1</sup> esse melius. Cur non satis sit, sermonem*  
*vulgi fuisse, (compositio enim patiebatur) ignorabo;*  
 sed ut audio hoc, animus accipit plenum sine hac  
 120 geminatione non esse. Ad sensum igitur referenda  
 sunt. Et si qui non<sup>2</sup> satis forte, quid severum, quid  
 iucundum sit, intelligent, facient quidem natura duce  
 melius quam arte; sed naturae ipsi ars inerit.  
 121 Illud prorsus oratoris, scire ubi quoque genere  
 compositionis sit utendum. Ea duplex observatio  
 est: altera, quae ad pedes refertur; altera, quae  
 ad comprehensiones, quae efficiuntur ex pedibus.  
 122 Ac de his prius. Dicimus igitur esse incisa, membra,  
 circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit  
 sensus non expleto numero conclusus, plerisque pars

<sup>1</sup> sentiam tamen, *Halm*: sententiam, *A(?)G*: sent am, *later MSS.*

<sup>2</sup> Et si qui non, *Halm*: necquis, *AG.*

---

<sup>1</sup> *Verr. i. i. 1.* "I think that none of you, gentlemen, are ignorant that during these days such has been the talk of the common folk and such the opinion of the Roman people."

regulated save that of the ear? Why do some sentences produce a full rhythmical effect, although the words which they contain are few, whereas others containing a greater number are abrupt and short in rhythm? Why again in periods do we get an impression of incompleteness, despite the fact that the sense is complete? Consider the following example: *neminem vestrum ignorare arbitror, iudices, hunc per hosce dies sermonem vulgi atque hanc opinionem populi Romani fuisse.*<sup>1</sup> Why is *hosce* preferable to *hos*, although the latter presents no harshness? I am not sure that I can give the reason, but none the less I feel that *hosce* is better. Why is it not enough to say *sermonem vulgi fuisse*, which would have satisfied the bare demands of rhythm? I cannot tell, and yet my ear tells me that the rhythm would have lacked fullness without the reduplication of the phrase. The answer is that in such cases we must rely on feeling. It is possible to have an inadequate understanding of what it is precisely that makes for severity or charm, but yet to produce the required effect better by taking nature for our guide in place of art: none the less there will always be some principle of art underlying the promptings of nature.

It is, however, the special duty of the orator to realise when to employ the different kinds of rhythm. There are two points which call for consideration if he is to do this with success. The one is concerned with feet, the other with the general rhythm of the period which is produced by their combination. I will deal with the latter first. We speak of *commata*, *cola* and periods. A *comma*, in my opinion, may be defined as the expression of a thought lacking rhythmical com-

- membri. Tale est enim, quo Cicero utitur: *Domus tibi deerat? ut habebas. Pecunia superabat? at egebas.* Fiunt autem etiam singulis verbis incisa; *Diximus,*  
 123 *testes dare volumus;* incisum est *diximus.* Membrum autem est sensus numeris<sup>1</sup> conclusus, sed a toto corpore abruptus et per se nihil efficiens. *O callidos homines* perfectum est, sed remotum a ceteris vim non habet, ut per se manus et pes et caput: et *O rem excogitatam.* Quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio: *Quem, quaeso, nostrum fefellit, id vos ita esse facturos?* quam Cicero brevissimam putat. Itaque fere incisa et membra mutila<sup>2</sup>  
 124 sunt et conclusionem utique desiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, *ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem.* Genera eius duo sunt, alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur, alterum, quod constat membris et incisis, quae plures sensus habent: *Aderat ianitor carceris, carnifex praetoris,* reliqua.  
 125 Habet periodus membra minimum duo. Medius numerus videntur quattuor, sed recipit frequenter et plura. Modus eius a Cicerone aut quattuor senariis versibus aut ipsius spiritus modo terminatur. Praestare debet ut sensum concludat; sit aperta,

<sup>1</sup> numeris, *Regius*: membris, *AG.*

<sup>2</sup> mutila, *Christ*: mixta, *MSS.*: multa, *Diomedes.*

---

<sup>1</sup> *Or.* lxvii. 223. See ix. ii. 15.

<sup>2</sup> From the lost *pro Cornelio*. "O the cunning of those men! O what careful forethought! I ask you did one of us fail to note that such would be your action?"

<sup>3</sup> *Orat.* lxi. 204.

<sup>4</sup> *Verr.* v. xlv. 118. "There stood the jailer, the praetor's executioner."

<sup>5</sup> *Or.* lxvi. 222. Cicero says *hexameters*, not *senarii*.

pleteness; on the other hand, most writers regard it merely as a portion of the *colon*. As an example I may cite the following from Cicero: *Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas.*<sup>1</sup> But a *comma* may also consist of a single word, as in the following instance where *diximus* is a *comma*: *Diximus, testes dare volumus.* A *colon*, on the other hand, is the expression of a thought which is rhythmically complete, but is meaningless if detached from the whole body of the sentence. For example *O callidos homines*<sup>2</sup> is complete in itself, but is useless if removed from the rest of the sentence, as the hand, foot or head if separated from the body. He goes on, *O rem excogitatam.* At what point do the members begin to form a body? Only when the conclusion is added: *quem, quaeso, nostrum fefellit, id vos ita esse facturos?* a sentence which Cicero regards as unusually concise. Thus as a rule *commata* and *cola* are fragmentary and require a conclusion. The period is given a number of different names by Cicero,<sup>3</sup> who calls it *ambitus, circuitus, comprehensio, continuatio* and *circumscriptio*. It has two forms. The one is simple, and consists of one thought expressed in a number of words, duly rounded to a close. The other consists of *commata* and *cola*, comprising a number of different thoughts: for example, *aderat ianitor carceris, carnifex praeloris*<sup>4</sup> and the rest. The period must have at least two *cola*. The average number would appear to be *four*, but it often contains even more. According to Cicero,<sup>5</sup> its length should be restricted to the equivalent of four *senarii* or to the compass of a single breath. It is further essential that it should complete the thought which it expresses. It must be clear and intelligible and must

## QUINTILIAN

ut intelligi possit, non immodica, ut memoria contineri. Membrum longius iusto tardum; brevius  
 126 instabile est. Ubicunque acriter erit, instanter, pugnaciter dicendum, membratim caesimque dicemus, nam hoc in oratione plurimum valet; adeoque rebus accommodanda compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oporteat et cum dicente aequae  
 127 audientem inhorrescere. Membratim plerumque narrabimus, aut ipsas periodos maioribus intervallis et velut laxioribus nodis resolvemus, exceptis quae non docendi gratia, sed ornandi narrantur, ut in Verrem Proserpinae raptus. Haec enim lenis et  
 128 fluens contextus decet. Periodos apta prooemiis maiorum causarum, ubi sollicitudine, commendatione, miseratione res eget, item communibus locis et in omni amplificatione; sed poscitur<sup>1</sup> tum austera, si accuses, tum fusa, si laudes. Multum et in epilogis  
 129 pollet. Totum autem hoc adhibendum est, quod sit amplius compositionis genus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione et se credit actori et voluptate iam ducitur. Historia non tam finitos numeros quam orbem quendam contextumque desiderat. Namque omnia eius membra

<sup>1</sup> poscitur, *Regius*: poscit, *A.*: possit, *G.*

---

<sup>1</sup> *Verr.* iv. xlvi. 106.

